GAUDEO




John Carter Brown.

BO

IOANNIS SCHONERI CAROLOSTADII OPVSCVLVM GEOGRAPHICVM EX DIVERSORVM LIbris ac cartis ſumma cura & diligentia collectum, accommodatum ad recenter elaboratum ab eodem globum deſcriptionis terrenæ.

IOACHIMI CAMERARII.

Forte oculis clari ſpectas qui ſidera cœli
   In ſubiectum etiam lumina flecte ſolum
Non eſt res indigna tua iſta cupidine lector,
   Illa magis pulcra eſt, hæc quoq; pulcra tamen.
Quid dubitas? ſi de ætheria uitam trahis aura,
   Pabula ſed tellus & tibi præbet iter.
Hanc uis, quanta patet, breuibus cognoſcere cartis?
   Hoc modicum luſtrans perſpice lector opus.
Nec quæ ſunt olim nec quæ modo ſcripta requires
   Cuncta tibi paruo plana futura libro.


EVROP
Tarta ria
ASIA
Mauritania
Arabia felix
India
Calicut
APHRICA
Ta pro ba
Gemea orgu ene

ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO, DOMI mino Ioanni Friderícho Duci Saxoniæ, Marchioni Misniæ. Electori Imperiali etc. Domino S. benigniss. Ioannes Schönerus Carolostadius S. D.

CVm quasi historiam quandam rerum cœlestium nuper pictura & descriptione nostra retexeremus, nam illã iam olim quoq; edideramus, non solum inuitante nos uoluntate tua cognita mihi de sermonib. doctissimi uiri Georgij Spalatini, sed etiã fama uirtutũ tuarum, placuit nomini tuo illud opus dedicare, Princeps Illustriss. bona cũ spe futurũ & illud gratũ tibi & non indignũ magnitudine ac claritate tua. Etsi enim ingenij mei tanta facultas non est, ut aliquid elaborare conueniens Excellentiæ tuæ ualeat, tamen ea est rei quã exponendã suscepimus præstantia, ut ipsa te ornare possit, in eius autẽ tractatione studium meũ & uoluntas boni consuli, uel etiam satis esse debere uideat. Sed cũ in illa cœlesti sublimitate uersantis oculis subiectæ terræ sese offerrẽt, nõ relinquẽdũ hoc mihi opus hac à parte imperfectũ uisum est, ac rectũ potius esse, ut nutrix nostra alma tellus nostra etiam opera celebrarẽt, præsertim cũ iam ante extaret, & hoc in argumento scriptum nostrũ editum ante annos sanè multos, atq; eam ob rem minus ut his temporibus plenum propter eas quæ quotidie à nauigatoribus nouæ terræ ac insulæ reperiri nunciantur. In hoc autẽ nostro recenti scripto, etiam breuitatẽ quandam custodiuimus, neq; sumus nisi necessaria & coniuncta cum re persecuti, quod in superiori nõ feceramus, in quo & superuacua quædam, & nonnulla inconuenientia fortasse contineri, seueriori iudici uideatur. Cum autẽ cœlestis materiæ opus dedicassemus Excellentiæ tuæ, placuit & terræ hanc fabricam eidem addicere, ut cuius particulæ gubernatio & cura tibi cõmissa esset, eandem uniuersam contemplari, quis paruo in globulo, & perlustrare posses. Quæ res eo facilior mi-

or mihi fuit, quo apertior uia & aditus ad Excel. tuã illa superiore dedicatione factus uidebat. Etiam T. Excel. quæ concupiuisset in explicatione rerum cœlestium operã nostram, nõ gratam acceptamq́ hanc terrenæ compositionis habituram, metuendum nequaq̃, ac potius quadam maiore cum uoluptate in hac parte q̃ illa studij nostri & laboris uersaturũ, credidi. Quãuis enim illa sint diuiniora multo & altiora, tamen hæc quasi domestica quædam plus habent certe delectationis. Vtq́ regias domos suspicimus, in nostris acquiescimus, ita cœlestia admirates uenerari, terrena colere & insistere uolumus. Nos qua diligẽtia & assiduitate in his colligendis quæ exposuimus uersati simus, possum9 affirmare, nempe singulari illa & maxima, qua autem gnauitate & dexteritate iudicandum lectorib. relinquo, Tuæ autem excellentiæ Illustriss. Princeps potiss. Quam tamen ut iudicem & cognitorem nostri operis esse iubemus, ita & oramus eo animo ad nostra perspiciẽda accedere, ut cum benignitate sua illa amplecti, tum erratis, si qua fuerĩt, ignoscere dignetur, quo ipso non ego modo, sed omnes docti, qui iam ante laudant & prædicant uirtutes tuas, multo quoq; magis amore & studio humanitatis Excel. T. incendentur. Equidẽ quod ad inuentionem attinet, fateor perpauca in hoc opere nostra esse propria, sed ut quæ ære quisq; suo comparauit illius esse iure existimantur, ita pro quib. nostras uigilias & labores expendimus, aliena, ut opinor, dici non debent, maxime cũ ingenue possessores ueteres noĩauerimus. T. Exc. non solum me meaq́ studia, sed etiam ac multo magis uniuersam eruditionẽ, disciplinas, doctrinam cõmendo benignitati, beneuolentiæ, curæ, custodiæ. Neq; egre, ut confido, feres in eo cohortationem nostrã in quo te ipse incitare soles, nõ enim hoc fecimus quasi instigantes cessantem, sed ut strenuũ cursorem confirmãtes acclamatione nostra. T. Excel. conseruet reb. & suis & publicis diu incolumẽ Deus omĩpotens. Ex urbe Norica Id. Nouembris. Anno XXXIII.

Prima

PRIMA PARS PRINCIPALIS HVIVS OPVSCVLI, DE ROTVNDITATE TERRAE, DE CIRculis Sphæræ, in terræ globo etiam intellectu constitutis.

Quod terra sit rotunda. Cap. I.

TErram sphæricam ac rotundam esse ab oriente in occidentē, indicant astra orientia & occidentia. Nam propter tumorē terræ apparent astra orientia prius orientalioribus nobis q̄ illis, qui à nobis uersus occidentē morant̄. Ab austro uero in Septētrionē, globositatem terræ insinuant astra circa antarcticū polū nobis occultata semper, quo ad nostrā inhabitationē terræ, & Bootes, duæ Vrsæ, & cæteræ stellæ circa polum mundi Arcticum, quæ à nobis semper uidentur, & nunq̄ nobis occidunt, sed Antipodibus perpetuo occulte latent. Est etiam aliud experimentū, quo terræ sphæricitas ad sensum patebit in eclipsibus Lunaribus: cum enim eclipsis Lunaris nihil aliud sit, q̄ interpositio terræ inter corpus Solis & Lunæ, nam tunc umbra terræ, adusq̄ corpus Lunare pertingens, totum corpus Lunæ in se totum aut particulariter claudens, lumine Solis priuat & obfuscat, & cum talis umbra in Luna tempore eiusdem defectionis rotunda uel orbicularis semper se nostro aspectui prebeat, satis aperte terram quæ umbrā hanc causat, esse rotundā demonstrat. Theon etiam Alexandrinus rationibus firmissimis eam quantū ad sensum cōprobat esse Sphæricā, hanc inducendo cōparationē. Si Sphæræ pedalem habentis diametrū ex materia factæ harenula affigatur, aut modicissima in ea concauitas fiat, non ideo ad sensum mutat formā sphæricā, sed altissimi montis ad totam terrā non maiorē astruit esse proportionē, q̄ harenulæ ad sphæram pedalem (ut dictū est) diametrum habentem.

An terra moueatur an quiescat, Ioannis de Monte regio disputatio. Caput II.

Quod moueatur, quia per motum terræ circularē ab occidente in orientem omnia saluari possunt, quæ in astris apparent. Igitur si dicimus terram moueri, & cœlum quiescere, nullū apparet inconueniens. In oppositum est autor Sphæræ. Nota quæstio quærit de motu locali, & nō de motu alterationis, siue generationis & corruptionis. Quærit itaq̄ an terra lo

caliter moueatur: de quo quidã antiqui opinati sunt, ꝙ cœlum quiesceret, & terra moueretur super polis suis circulariter, in die faciendo unam reuolutionẽ ab occidente uersus orientẽ. Ita imaginabantur, ꝙ terra haberet se sicut assatura in ueru, & Sol sicut ignis assans. Dicebant enim. Sicut ignis nõ indiget assatura, sed econuerso, ita Sol non indigeret terra, sed potius terra Sole.

Conclusio prima. Terra nõ mouet̃ circulariter ab occidente uersus orientem super polis suis & centro motu diurno, ut isti opinabant̃. Patet, qa si sic, difficilius esset ire contra occidentẽ q̃ȝ orientem, quod est contra experientiam Oporteret enim aërem terræ uicinum etiam ita moueri, qui esset ambulanti impedimento. Aues etiam non possunt bene uolare contra orientem propter aërem insequentem, qui pennas earum eleuaret. Nam melius uolare uidemus aues contra uentum q̃ȝ cum uento. Item proiectum sursum non rediret in locum à quo exiuit. Item ædificia ex tam uehementi impetu uiderentur rumpi. Manifestius tamen indicium est, ꝙ non moueatur terra motu diurno, in hoc ꝙ aues uidentur in sublimi moueri uersus orientem, similiter nubes faciunt, quod nequaq̃ȝ accideret si terra sic moueretur, adeo enim uelociter oporteret terram moueri, ꝙ ipsa motu suo superaret motum omniũ in sublimi existentiũ, om̃es igitur aues & omnes nubes uiderentur moueri uersus occidentem.

Conclusio secunda. Quælibet pars terræ mouetur continue localiter, patet. Nam continue pars arida terræ radio Solari calefit, rarefit & leuificatur & multæ particulæ terræ, & etiam aquæ de parte arida deportant̃ in fluminibus in mare magnum. Vnde tunc pars terræ aquis cooperta grauior fit, quæ etiam aquæ frigiditate condensatur & grauificatur, oportet igitur ut illa pellat aliam sursum tam diu, donec centrũ grauitatis totius fiat medium mundi, ad quod sequitur quãlibet terræ portionẽ continue localiter moueri.

Correlarium. Non semper eadẽ pars terræ, manet medium mũdi, sed fit alia & successiue.

Correlariũ. Stat longo temporis successu, supposita perpetuitate mundi, partem terræ quæ quandoq̃ȝ fuit in centro mundi, uenire ad superficiem, & econtra. Inde habetur occasio magnorũ montium & scopulorũ, partes enim terræ minus tenaces per pluuiã asportantur, & manent partes terræ tenaciores quæ successiue radijs Solaribus coquunt̃, & duriciẽ maiorẽ accipiunt. Huiusmodi terræ asportationẽ si quis nolet credere, uideat radices arboꝝ antiquarũ in syluis, uidebit enim eas iam terræ supereminentes, quas tamen quondã in terra conditas esse oportuit. Sic patet qualiter intelligatur terram esse immobilẽ, id est nõ mouet̃ circulariter circa centrũ suum, sicut Sphæræ. Etiam ipsa nõ est ita in continua mutatione locali, propter sui grauitatẽ sicut cætera elementa, quæ leuiora sunt & faciliter agitari possunt & moueri. Ad rationem negandum ꝙ omnia possint saluari. Nam per hoc nõ possunt saluari. Coniunctiones & Op-

positio

positiones planetarũ,& diuersitates motuũ eorum. Sed neq; saluari potest,ꝙ uidemus aues & nubes quãdoq; moueri uersus orientẽ,imò oporteret eas moueri semper uersus occidentẽ. Sic terræ rotunditatẽ ac immobilitatem (quæ centrum mundi) hoc est omniũ elementorũ & sphærarũ existit, sine ulla distinctione circulorꝫ expressimus. Nũc de circulis Sphæræ, qui & ipsi in globo terræ quemadmodũ & in cœlo imaginantur, dicendum uenit,& primo de axe mundi.

Quid sit axis & polus mundi. Cap. III.

Axis Sphæræ, est dimetiens ipsius circa quam uoluitur, cuius extremitates sunt duo poli, Arcticus quo ad nos supra terram semper apparens, & Antarcticus quo ad nos sub terra semper delitescens.


De decem circulis Sphæræ, etiam in globo terræ cogitatione intelligendis. Cap. IIII.

Circulorum Sphæræ, aliqui sunt maiores, aliqui minores. Maior igitur circulus Sphæræ dicitur, qui cœlum semper in duas æquales partes diuidit, quorũ solum sex ab autoribus in Sphæram assumpti sunt. s. Meridianus, Horizon, Aequinoctialis, Zodiacus, Colurus æquinoctiorũ, Colurus solstitiorũ. Minores sunt quatuor, Arcticus, Antarcticus, Tropicus Cancri & Tropicus Capricorni. Circulus Meridianus, est circulus transiens per polos mundi & zenith capitis nostri. Et notandũ ꝙ ubicunq; homo fuerit, in quacunq; parte anni, quando Sol per motum primi mobilis ad meridianũ eius circulum peruenerit, est ei meridies, quare urbes positæ sub uno meridiano, eodem momento habent meridiẽ, etiã si ab inuicem multum in Austrũ aut Septentrionẽ fuerint distantes. Quæ uero in ortum aut occasum distant, nunq̃ eundem meridianũ habebũt. Hic etiam circulus immotus in mundo est, non enim mutatur, nisi in ortum & occasum, ea etiam ratione in Sphærã nec depingitur. Horizon qui & finitor, est circulus diuidẽs inferius hemisphæriũ à superiori, ea etiam ratione, terminator uisus dicitur. Nam si in campo aliquo plano steteris, uidebitur tibi cœlum ubiq; circulariter tangere terram, & ibi est terminus uisus. & sic iste terminus circũquaq; horizon est uidentis, & circulus iste diuidit cœlum in duas partes æquales. Nam tantũ est hemisphærium cœli sub terra, quantũ est supra terram. Per horizontẽ etiam distinguitur dies artificialis: qua Sol est supra horizontẽ à nocte. Nam dies nobis est, dum Sol est supra nostrũ horizonta. Nox uero, dum sub horizonte latet. Hic degentibus sub æquatore, rectus est, nobis uero & omnibus extra æquatorẽ habitantibus, obliquus. Ea etiam ratione in sphærã nec describit, est autẽ oĩm horizontũ capitis uertex, polus, nam tale punctũ omniquaq; ab finitore æquidistat. Aequinoctialis est circulus diuidẽs

sphærã

ſphæram in duo æqualia ſecundum quālibet ſui partem, æquidiſtans ab utroq; polo. Et dicitur æquinoctialis uel æquator, quoniā quando Sol ſub ipſo defertur, eſt æquinoctiū in uniuerſa terra, quod bis in anno contingit, in uere. ſ. cum Sol in principio arietis fuerit, & in autumno, quando Sol in principio libræ ſteterit, ideo etiam æquator dicitur, eo q diem nocti æquat. Zodiacus eſt circulus qui interſecat æquinoctialē, & interſecatur ab eodem in partes duas æquales, cuius etiam una eius medietas in auſtrum declinat, altera in ſeptentrionē. Et dicitur uel ἀπὸ τῆς ζωῆς, qd Solis hæc ſit ſemita quē autorem uitæ accipimus, uel quod uerius uidetur ἀπὸ τῶν ζωδίων, hoc eſt animantiū figuris quib. hunc circulū de ſtellarū cōcurſu ueteres inſignierunt, & nomina dederūt hæc, ut Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Hic circulus dicitur etiam obliquus, eo q æquinoctialem oblique interſecat, uel obliquos angulos cū æquatore faciat. Colurus æquinoctiorū, eſt circulus qui tranſit per polos mundi, & per prima puncta Arietis & Libræ, nomen ab imperfectione ſumens, nunq; integer, & totus nobis exoriens. Colurus ſolſtitiorum, eſt circulus tranſiens per polos mundi, pariter & per polos Zodiaci, ac per principia Cancri & Capricorni. Hic etiam circulus maximarū declinationū dicitur, q & ipſe nomen ab imperfectione ſumit, ut colurus æquinoctiorum. Interſecant autem ſe hi duo circuli ſuper polos mundi ad angulos rectos ſphærales. Nunc de quatuor minoribus. Minor circulus ſphæræ dicitur, qui in maiorem & minorem portiones ſphæram ſcindit, uel qui aliud centrum habet à mūdi centro. Sunt autem tantum quatuor circuli minores in ſphærā aſſumpti à philoſophis. ſ. Circulus Arcticus, Circulus Antarcticus, Tropicus ſiue circulus Cancri, Tropicus ſiue circulus Capricorni Quorum ſuperior nobis Arcticus circulus dicitur, quem polus zodiaci ad motum primi mobilis circa polum mūdi Arcticum deſcribit. Antarcticus eſt, quem alter polus zodiaci circa polum mundi Antarcticum deſcribit. Poli autem zodiaci diſtant undecunq; ab Ecliptica æquali diſtantia, & ſunt extremitates ipſius axis eclipticæ, & quāta eſt maxima Solis declinatio ab Aequatore, tanta eſt poli Zodiaci à polo mundi diſtantia. Tropicus Cancri, eſt circulus minor quē Sol in principio Cancri exiſtens, ad motum primi mobilis deſcribit. Et dicitur Solſtitialis æſtiualis, quod Sol nō ultra ad Septentrionē aſcendat, nomē à conuerſione ſumens, nam τροπὴ Græcis conuerſio eſt, diem efficit longiſſimā & noctem breuiſſimam, quod fit, cum Sol principiū Cancri obtinet. Hic circulus diſtat ab Aequatore uerſus polum mundi Arcticū, maxima Solis declinatione $23\frac{1}{2}$ gradibus. Tropicus Capricorni: qui etiam brumalis ſiue hyemalis dicitur. Hic ultimus à Sole uerſus Auſtrum deſcribitur, ubi etiam Brumalem conuerſionem facit, diem efficiens breuiſſimam & noctē longiſſimam, quod fit cum Sol principium Capricorni attingit. Horū circulorum noticiam ex obiecta figura forte melius accipies.

De quinq;


Colurus
Meridianus
Arcticus
Cancri circulus
Colurus
Axis
Axis zodiaci
Horizon ob
Capricorni circulus


B

De quinq; zonis sphæræ per quatuor paralellos minores circulos sphæræ distinctis, in circuitu etiam terræ consideratis. Cap. V.

Totus orbis terræ in quinq; diuiditur Zonas, perinde atq; cœlum in cuius medio continetur. Est autem Zona cœli, sicut & terræ, plaga inter duos parallelos contenta. Sunt autē tantum quatuor paralleli circuli in sphæra eas quinq; zonas distinguentes. Nam extremas duas zonas distinguunt duo Arctici circuli: nam quicquid cœli & terræ intra hos duos circulos includitur, zona dicitur. Sic & quicquid inter duos parallelos comprehenditur, cœli & terræ, zona dicitur. Dictæ aūt duæ zonæ eiusdem temperiei, absuntq; remotissime à uia Solis, quo etiā fit, ut hæ duæ extremæ polis mundi subiectæ, ab antiquis inhabitabiles propter frigus habitæ sunt, quoniā Solis accessum nunq; sortiuntur, circa quas Mare glaciale est. Nunc autē nostris temporibus inhabitatæ, quāuis, ut dicitur, minus cōmode, ibi uastæ solitudines ac inculti homines, ut probant Ibernia, Norduegia, Gotia, Liuonia, illis conterminæ. Media aūt zona inter duos tropicos Cancri.f.& Capricorni, inter quas uia Solis est, propter caloris excessum mortalium habitationi iuxta ueteres parum apta, torrida igit̄ ab eis uocata. Nunc uero ibidē aer temperatissimus experimēto inuentus est, ꝓpter assiduam dierū noctiumq; æqualitatē, ita quod lux Solis calefecerit per 12. horas diei, id tenebræ per reliquas 12. noctis refrigerant. Verumtamen apparet ꝙ maior sit eis in æstate caliditas q̄ nobis, tamen ista caliditas est cōplexioni eorū proportionata. Nos eñ uidemus oēs illos esse nigros: quia Aethiopes, Arabes, Indi, & omnes in hac zona: colericos, crispos, distortos & adustos ex uehemēti calore. Sic licet uni ex nobis, hic in Europa nato, nō conueniret subita mutatio, ut habitaret apud illos, tamē eis conueniens est habitatio. Illa sunt etiam de intentione Auicennæ capitulo primo Doctrinæ tertiæ primæ Fen. primi canonis, ubi dicit. Cum regiones attenderimus, certificatū nobis erit, ꝙ si fuerit locus qui inhabitat̄ sub æquatore diei, neq; aliqua de rebus terrenis impedierit, uidelicet montes aut maria, oportebit inhabitantes æqualitati certæ ꝓpinquiores existere q̄ alicuius regionū. Aequalitatē autē certam, uocat optimā hoīs cōplexionē. Deinde soluit argumentū iam adductū: Ego uero Ptolemæum uehementer admiror, quoniā in capitulo sexto secundæ dictionis Almagesti inquit de linea Aequinoctiali: Quidam autem dicunt, ꝙ possibile est, ut sit illud quod est sub hac linea æquedistanti ex terra habitabili, ideo ꝙ eius cōplexio est ualde bona, eo ꝙ Sol nō prolongat obumbrationē suam supra puncta summitatis capitū, propter uelocitatē suæ declinationis ab Aequatore diei, & ꝓpter hoc sunt æstas & hyems bonæ cōplexionis, propter breuitatē longitudinis Solis à summitate capitū in utrisq; tropicis. Hoc autē quod dicit,

est secun-

est secundum æstimationem & putatur. Vtrū uero illud quod est sub hac linea habitetur, nos huius scientiam non comprehendimus, quoniam aliquis nō peruenit ad eam qui sunt in nostris regionibus habitabilibus usq; ad diem hunc nostrum etc. hæc sunt uerba eius. Ipse tamen in Cosmographia multas regiones & ciuitates sub Aequinoctiali descripsit. Neq; puto q ipse dum componeret librum Almagesti, scientiā Cosmographiæ non habuerit, cum in capitulo ultimo huius secundæ dictionis polliceat se scripturum hunc librum Cosmographiæ. Reliquæ duæ zonæ. s. ea quæ inter tropicum Cancri & Arcticum circulum, in qua nostræ sunt habitationes, & ea quæ inter tropicum Capricorni & Antarcticum circulum includuntur, temperatæ sunt, ideo habitationi hominum conuenientes, contemperantur enim calore mediæ Zonæ, & frigore extremarum, quemadmodū subiecta figura pro parte demonstrat.



Nec hic prætereundũ hoc, ꝙ ultra prædictos quinqꝫ paralellos circulos Zonas diſtinguentes, pro libito ſcribi poſſunt & alĳ paralelli. Nam nos in hoc noſtro opere paralellos abinuicẽ per 10 gradus ab Aequatore uerſus polos ſeiunximus: Ptolemæus uero in ſua Geographia tantum 21 poſuit, incipiens ab Aequatore uerſus polum Arcticum, ita ut unuſquiſqꝫ ab alio diſtet per horæ unius quartã. Eadẽ ratio eſt & ad Antarcticũ ut ſequit,

Paralellus.		Horarum.		Gradibus.		
1		$12\frac{1}{4}$		$4\frac{1}{4}$		
2		$12\frac{1}{2}$		$8\frac{1}{3}\ \frac{1}{12}$		
3		$12\frac{1}{2}\ \frac{1}{4}$		$12\frac{1}{2}$		
4		13		$16\frac{1}{3}\ \frac{1}{12}$		Meroen.
5		$13\frac{1}{4}$		$20\frac{1}{4}$		
6		$13\frac{1}{2}$		$23\frac{1}{2}\ \frac{1}{3}$		Syenen.
7		$13\frac{1}{2}\ \frac{1}{4}$		$27\frac{1}{2}$		
8		14		$30\frac{1}{3}$		
9		$14\frac{1}{4}$		$33\frac{1}{3}$		
10	Habet longiſſi-	$14\frac{1}{2}$	Abſcedit aũt	36	per	Rhodum.
11	mũ diem Anni.	$14\frac{1}{2}\ \frac{1}{4}$	ab æquatore	$38\frac{1}{2}\ \frac{1}{12}$		
12		15		$40\frac{1}{2}\ \frac{1}{3}\ \frac{1}{12}$		
13		$15\frac{1}{4}$		$43\ \frac{1}{12}$		
14		$15\frac{1}{2}$		45		
15		16		$48\frac{1}{2}$		
16		$16\frac{1}{2}$		51		
17		17		54		
18		$17\frac{1}{2}$		56		
19		18		58		
20		19		61		
21		20		63		Thylen.

De Climatibus terræ & dierum maximarum excreſcentia ab Aequatore uerſus polos. Cap. VI.

Antiqui diſtinxerunt orbem terræ habitabilem in ſeptem Climata: Eſt aũt Clima terræ ſpacium, in quo ſenſibiliter uariatur dies artificialis maxima. ſ. in dimidia hora, ſpacium igitur tantum inter duos paralellos tali diſtantia abinuicem diſtantes ab Aequatore, uerſus Arcton, Clima dicitur, à cuius initio ad finem uſqꝫ longiſſima dies per mediam horam uariatur. Quanto em̃ propius accedit Clima ad Arcton, tanto maiorem habet longiſſimum diem. Nam ſub Aequinoctiali eſt dierum & noctiũ æqualitas, ea ratione habitãtibus ſub Aequinoctiali, cõtinue eſt eis dierũ, noctiumq́ꝫ æqualitas, nam eorum horizon tranſit per polos mundi. Diuidit itaqꝫ oẽs circulos

circulos paralellos,quos ſol motu primi mobilis deſcribit in partes æqua les, unde tanti ſunt arcus dierum ,quanti ſunt arcus noctium,nam ijs ſolis eſt ſphæra recta. Recedentibus uero ab Aequinoctiali,mox contingit dierum noctiumq́ inæqualitas,propter inæqualitatẽ ſphæræ,& tanto quidẽ maior,quanto magis ab Aequatore diſcedunt , poloq́ propius iunguntur. Quo fit,ut ſi qui ſub polo Arctico degunt,maximã habent excreſcentiam diei & noctis longiſſimæ anni. Nam totus annus eſt ipſis unus dies naturalis,id eſt dies & nox ſimul:cuius una medietas eſt continuus dies artificialis,qui eſt ab ortu Solis in eius occaſum:& altera medietas , cõtinua nox artificialis,quæ eſt ab occaſu Solis in eius ortum. Cauſa iſtius eſt , ꝙ circulus Aequinoctialis eſt eorꝫ Horizon,qui Zodiacum(ſub quo ſemper decurrit Sol) in partes æquales interſecat,ea ratione illis ſemper una medietas ſupra terram,reliqua infra relinquitur.Cum igitur Sol illam medietatem ꝑambulat,quæ eſt à principio Arietis,ad finem Virginis,unus ijs eſt dies cõtinuus ſine nocte.Cũ uero per alterã medietatẽ decurrit,à principio uidelicet Libræ ,in finẽ Piſciũ,erit nox una continua ſine die. Primum igitur Clima Diameroes, à Meroe ciuitate celebri Aethiopiæ ſub Aegypto. Secundũ Diaſyenes, à Syene ciuitate nobili in Libia. Tertiũ Dialexandrias,ab Alexandria ciuitate illuſtri in Aegypto. Quartũ Diarhodu, à Rhodo inſula in mari Mediterraneo,inter Candiam & Cyprum. Quintum Diarhomes, à Rhoma urbe in Italia. Sextum Diaboriſtheneos, à Boriſthene amne,qui influit Pontum,qui quidẽ Pontus in hoc Climate ponitur. Vnde licet Boriſthenes amnis non ſit in hoc Climate,quia fluit in ora Ponti,cuius oſtium certe eſt in ſeptimo Climate,ut docet Ptolemæus in ſua Coſmographia,tamen mare Ponticũ in quod fluit,eſt in hoc Climate,& non multũ diſtat à fine Climatis ſexti influxus eius in mare. Septimum Diaripheon, à Ripheis montibus,qui in hoc ponuntur Climate, quamuis Riphei montes,ut Ptolemæus demonſtrat,habeant diem 20.horarum,quare multum diſtant à fine Climatis ſeptimi uerſus Septentrionem,niſi uocarent montes Ripheos, Cetium & Carnantem & Alpes Stiriæ,Carinthiæ & Atheſis. Verum de hoc non nimiũ uidetur laborandum cum appareat à ueteribus nota,& celebria loca quæſita eſſe, quæ pro terminis Climatum ſtatuerent,quæ cum in illis non inuenirent,uicina apprehenderunt. Eſt tamen ibi ſumme notandũ,ꝙ autor Sphæræ nõ negat omino eſſe habitationẽ extra hæc Climata,ſed uult dicere,ꝙ non ſit tam bona & conueniens habitatio pro uita humana,ſicut in Climatibus. Verum,ut Ptolemæus in Coſmographia ſua demonſtrat , quaſi tanta portio adhuc eſt habitata,quanta eſt ex illis ſeptem Climatibus conſtituta . Nam dicit ultra Aequinoctialẽ ad 16.gradus protendi habitabilem.Citra autem dicit uſq́ ad 63.gradus protendi.Diuiſio itaq́ Climatum facta eſt à ualde antiquis,qui adhuc non cognouerunt maiorem partem eſſe habitabilem q̃ Climata ſeptem.Poſt Ptolemæus recentior expertus eſt maiorem habitabilem,& quantam ſuo tempore reperit,tantam deſcripſit in Coſmogra

 phia


phia. Nunc autem adhuc ultra partes habitabiles ab eo signatas inueniuntur aliæ etiam habitatæ, ut Suetia, Norduegia, & aliæ partes ualde Septētrionales, etiam in inferioribus Africæ uersus Austrum. & in orientalioribus Asiæ regna longissima: ita, ꝙ nunc nostra ætate, totus penè ambitus terræ atq; maris perlustratus comperitur per mercatores, qui illuc deueniunt & reueniunt, quæ etiam uidere licebit in præsenti opere sphærico ipsius terræ, ac in nouissimis cartis marinarijs, quarum nos plures etiam notabiles magnæ æstimationis ad manus habuimus in hac nostra descriptione. De Climatibus uide sequentem figuram.



De uentis & mundi partibus ex quibus spirant. Caput VII.

Veteri

Veteres nauicularij duo decim uentis uſi fuerunt, quatuor Cardinalibus, & octo collateralibus. Dicitur autem cardinalis uentus, qui ab aliquo cardine, ſcilicet Orientis, Occidentis, Meridiei uel Septentrionis ſpirat. Collateralis uero, qui à latere quatuor cardinum aliquo ſpirat. In meridiem, Auſtrum latini ponunt. Ex oppoſito in Septentrionem, Septentrionarium. In ortum uero æquinoctialem, Subſolanum. In occaſum æquinoctialem, Fauonium. Quilibet illorũ habet duos collaterales: nam Auſter habet Euroauſtrum uerſus ortum hyemalem, & Auſtroafricum, uerſus occaſum brumalem. Septentrionarius habet Aquilonarem, uerſus ortum æſtiuum; Circium uero uerſus occaſum æſtiualem. Subſolanus habet Vulturnum in ortu hyemali, & Helleſpontium in ortu æſtiuo. Fauonius habet Africum in occaſu brumali, et Corum in occaſu æſtiuali. Horum nomina Græca & latina ſubiecimus in hac obiecta figura.



Nauicularij uero recentiores triginta duos uentos ponunt. Nam Horizontem in partes 32. diuidunt inuicem æquales, imponuntq; illis nomina uentorum pro uſu locorum, ſicut uideri licebit in compaſſis ac cartis marinarijs. Sunt etiam quidã peculiares quibuſdam gentibus uenti, non ultra certum procedentes terminũ, ut Athenienſibus Sciro, paulo ab Argete deflexus. Narbonenſibus Circius, qui nec ad uicinam quidem eiuſdem prouintiæ peruenit urbem, ſic in Syria Syrus, in Sicilia Carbaſus, in Ponto Detracidas. Sunt præterea innumerabiles, fluminibus, ſtagnis, aut finibus nominati, extra hos tamen ubiq; ſunt duo, ſpiritus magis quam uenti nominati, ſcilicet aura quidem leuis motus aeris in terra & ripis, in pelago uero ſeu alto Altanus etc.

De longitudine locorũ ab fortunatis inſulis, & qualiter ea deprehenditur. Cap. VIII.

Longitudo loci ſiue habitationis, eſt ſegmentum Aequatoris, uel ſibi æquidiſtantis paralelli, meridiano orientalioris loci & fortunatarum inſularum, quæ nunc magnæ Canariæ, meridiano incluſum. Eſt autem Meridianus in terra circulus per terræ polos & locum habitationis tuæ ductus, in quem cum Sol incidit, meridiem efficit omnibus ſub illo meridiano habitãtibus. Vnde gradus metientes arcum Aequatoris inter primum longitudinis gradum, ſiue primum meridianũ, & meridianum qui tranſit per locum tuæ habitationis, gradus longitudinis tuæ habitationis uocantur. Ex hoc liquet, quod meridiani ſemper mutãtur, cum ab ortu in occaſum, uel contra progredimur, ad meridiem, ſeptentrionemue quantumuis progredimur, idem meridianus ſeruatur. Longitudinẽ autem loci uel ciuitatis ſic inuenies: Conſidera per tabulas eclipſium alicuius notæ longitudinis, initium eclipſis Lunaris, & in alio loco uel oppido, cuius longitudo tibi ignota fuerit, obſerua horam & minutũ principij eiuſdem eclipſis per Aſtrolabium, aut aliud quoddam inſtrumentũ: uel obſerua tu in uno loco, & alter aliquis in alio loco, uel orientaliori uel occidentaliori te, quod ſi initium eclipſis ex tabulis eclipſium ſupputatũ, uel per tuam obſeruationem tibi notum, & principiũ eiuſdem eclipſis, loci ignotæ longitudinis in horis & minutis quadrauerint, ambo loca, eandem pronuncia habere longitudinẽ, & ideo ſub uno & eodem meridiano ſita, ita, quod inter ipſa, nulla eſt diſtantia uel differentia longitudinis. Si autem eclipſis Lunæ per obſeruationẽ tuam plus fuerit in horis & minutis, quam initium per tabulas computatũ, aut alium in alio loco obſeruatum, aut contra, ea loca diuerſos habent meridianos, & ideo diuerſam lõgitudinẽ, quam ſic cognoſcas: Subduc numerũ horarum & minutorum, minorem à maiori, & id quod remanſerit, dicitur differẽtia temporis unius loci ab alio. Accipe igitur pro qualibet hora 15. gradus, nam qualibet hora 15. gradus Aequatoris ſurgunt

gunt ſu-

gunt supra Horizõtem, & pro quibuslibet 4. minutis temporis 1. gradū, & pro quolibet minuto temporis 15. minuta gradus, deinde adde gradus gradibus, & minuta minutis, & collectū longitudinē locorum propositorum indicabit. Inde etiam liquet, q duo loca qbus idem lunaris defectus, eodem conspicitur tempore, sub uno existūt meridiano. Locus porro, ubi temporis obseruatio supputatione maior acciderit, orientalior erit reliquo, ut Arbilis urbs Assyriæ orientē uersus, habuit eclipsim Lunæ hora quinta, qñ Carthago occidentē uersus hora secunda. Tribus ergo horis distant, id est gradibus 45. authore Ptolemæo, libro primo, capite quarto. Quare etiam notandū uenit, q initium eclipsis est omibus regõibus uno momento: horæ autem numerant apud orientaliores citius, q apud occidentaliores, eo q eis Sol citius oritur q occidentalioribus, quare etiam Sol ad meridianū eorum ante appropinquabit q occidentalioribus. Sic etiam omnes Coniunctiones, Oppositiones, ac aspectus luminariū omnibus regionibus uno momento contingunt, sed etiam horæ apud orientaliores citius numerantur, ut supra in eclipsibus. Quare errant omnes hi, qui in schedis suis minutionū, quas omni anno edunt, hunc titulū ponunt: Almanach ad poli altitudinē 49. graduū etc. cum ad polum non referant, sed ad meridianū, loci illius ubi eduntur. Huic ergo nostro terræ globo uigintiquatuor tantūmodo meridianos assignauimus, ita, ut qlibet ab alio differret 15. gradibus Aequatoris, quorū numerus in Aequatore terrestri ab fortunatis insulis, more Ptolemæi, initium sumit, hoc est, q quilibet per quantitatē unius horæ ab altero absit. Nam omnes eos Sol spacio 24. horarū, hoc est in die naturali transcendat necesse est. Quo fit etiam, ut quilibet locus à tuo meridiano per unum illorū meridianorū positus uersus orientem citius, uel uersus occidentē tardius, per unam integrā horam habeat ortum Solis, & ex consequenti meridiem.

De latitudine terræ atq locorum, quomodo utrinq ab Aequatore initium numerationis capientes, omni die deprehendere illam possimus. Cap. IX.

Latitudo terræ siue habitationis, est arcus meridiani, inter Aequatorem & zenith capitis interceptus. Zenith autē capitis, est punctus qui nobis supra uerticem capitis eminet. Porro latitudo terræ semper æqualis est altitudini seu eleuationi poli supra Horizontē, quadam tamen ratione inter se differunt. Nam eleuatio siue altitudo poli, est arcus meridiani, inter polum mundi & horizontē interceptus: Latitudo uero loci, est arcus meridiani inter zenith capitū, & Aequatoris circulum contentus. Hæc erit obseruanda omni die, Sole lucente per quadrantē simplicē uel Astrolabiū, uel aliquod aliud instrumentū, hoc modo: Accipe altitudinē Solis mediante

tuo instrumento, cum directe meridianum possederit, eam ad partem notando: Deinde uide uerum locum Solis eo die in meridie ex diario, uel per tabulas quanto certius potes: cuius loci ueri quære declinationē cū parte sua septentrionali uel meridionali per tabulas ad hoc factas, & si talis declinatio fuerit Septentrionalis, eam subtrahe ab altitudine Solis, supra notata ad partem, & patebit eleuatio Aequatoris tuæ regionis, quæ à 90. gradibus sublata, latitudinē tuæ regionis, siue eleuationē poli relinquit. Si autem declinatio Solis fuerit meridionalis, adde eam altitudini Solis meridianæ ad partē seruatæ, & prodibit eleuatio Aequatoris, quæ ut supra à 90. gradibus reiecta, latitudinē regionis, siue eleuationē poli manifestabit. Idē etiam per stellam quemuis orientem & occidentē habebis, si altitudinem eius meridianā cum sua declinatione obseruaueris, & ut de Sole modo dictum est, operatus fueris. Per stellam etiam nunq̄ occidentē hoc idem inuestigare poteris: nam si eiusdem stellæ maximam atq; minimā acceperis eleuationem meridianā, & ambarū simul coniunctarū medietatē acceperis, ipsam poli sublimitatē, quæ semper eadem est, cū dati loci latitudine, tandem inuenies. Hos demum gradus latitudinis in hunc nostrum terræ globum, per circulos parallelos Aequatori æquidistantes uersus utrosq; polos de 10. in 10. gradus distinximus, quorū tamen singuli gradus latitudinum per quandā scalam graduū in occidente, apud fortunatas insulas, cū numeris suis adiecimus. Nam & hac in re gradus tam longitudinis q̄ etiā latitudinis ad impositionē nouorū Hydrographorū, in hoc nostro opere nouo ordinauimus, nam ad manus fuere chartæ marinariæ optimis characteribus conscriptæ, & nouæ, magni ualoris & precij, quarū etiam loca Metheoroscopijs, quantū potuimus, concorditer locauimus. Nam uidemus à Ptolemæi libro nomina mutata, & uix dici potest, q̄ incognita sit nostra Germania, propter mutatas urbes, gentes atq; nomina. Et possent profecto principes Germani, nulla re magis nomini Germanico consulere, quàm si huc publice uniuersi, & priuatim singuli animū adijcerēt, ut q̄ fieri posset diligentissime obseruarent cum longitudinis tum latitudinis Germaniæ gradus, uel etiam Europæ totius, uniuersi enim orbis descriptionem iustissimā ac nouā tradere difficilimū fuerit: atqui patriæ suæ quisq; facillime longitudinis & latitudinis deprehendere poterit gradus, ubi harum rerum doctos sibi adhibuerit uiros. Hoc enim præcipuū est Imperatoris, & ueri principis uiri munus, quod Strabo multis cōmendat nominibus. Iulius Cæsar, Hispaniam ac Galliā à se deuictas, memoriæ æternæ tradidit. Octa. Augustus omnē terram à se habitatam recensuit, ut in Euangelio Lucam testatū etiam uidemus: Exijt inquit edictū à Cæsare Augusto, ut uniuersus describeretur orbis etc.

Qualiter uniuscuiusq; loci aut oppidi situs, qui in abaco regionum isto ponitur, in globo terræ inueniendus sit. Caput X.

Locum

Locum,cuius ſitum in globo terræ ſcire cupis,quære infra in abaco regionum,nam primus numerus in gradibus & minutis ad ſiniſtrā, numerus lõgitudinū eſt:ſecundus uero numerus in gradibus & minutis,eſt numerus latitudinū locoꝝ ibidem poſitorū,quibus habitis, quære eundem gradum latitudinis tui loci in gradibus latitudinis globi terræ apud fortu natas inſulas,eundē gradum ducendo ſub armillam meridianā mobilē, & ex directo eiuſdē gradus latitudinis fac ſignaturā cum atramento ad circulum meridianū mobilem:Deinde quære numerū graduum longitudinis eiuſdem loci inter gradus Aequatoris,eum ducendo ſub eundem circulum meridianū mobilem,& globum ita inuariatum cuſtodi,nam in tali ſitu,oſtēdet tibi nota prius facta in circulo meridiano mobili, ſitum tui loci in globo directe ſub tali nota poſiti.

Quomodo Globus Coſmographicus ad ſitū & diſpoſitionē orbis terræ aptandus ſit. Cap. XI.

Loca globum ad planum Horizontale,& applica compaſſum horariū quadrangularē meridiano mobili,alueum cum globo huc & illuc uertendo,dum magnes directe ſuper ſigno ſuo immobili conſtiterit,quoniā tūc habebis quatuor mundi cardines iuſte poſitos:Deinde alueo ſtante, ſubleuabis circulum meridianū mobilem cum polo Arctico,in parte Septentrionali ſupra horizontē,donec numerus graduū latitudinis uel eleuationis poli loci tui in globo notati in occidentali parte globi poſiti,tuæ latitudini ſupra horizontē æquetur,quo facto,uolue globū huc & illuc,quoad locus tuus directe ſubiaceat armillæ meridianæ mobili,nam tunc habebis globū tuum terræ iuſte diſpoſitū ad ſitum tuæ habitationis. Poſtea uide cardines quatuor mundi,uide etiam regiones & ciuitates,quæ poſitæ ſint à tuo loco,uerſus ortum,occaſum,meridiem uel ſeptentrionem, & generaliter ſic uidebis qui tibi ſint Antipodes,qui Perioeci,Antoeci, Periſcij uel Amphiſcij. Dicunť autē Antipodes,hij qui nobis è diametro ueſtigia obuertunt,& ſimilē cœli uerticem ſemper:æque ut nos:uident,& cū illis nihil cõmune habemus,ſed cõtraria omino:quia cum nobis Sol æſtatem efficit,illos dura hyems opprimit:& cum apud nos dies agitur, Antipodibus nox efficiť,contra,quando illis dies eſt,nobis nox redditur.Quādo nos diem agimus longiſſimū,apud illos nox lõgiſſima, breuiſſimaq́ꝫ dies ſtatuitur.Hoc idem ueriſſimus ille Strabo,autor nō pœnitendus confirmat,dicens:Antipodes inter ſe quodāmodo neſcij eſſe nō ſumus, de quibus lege etiam Pliniū naturalis hiſtoriæ libro ſecundo capitulo 57. & oēs ferè Geographos. Periœci ſiue circūcolæ,ſunt qui ſub eodem meridiano,eodemq́ꝫ parallelo circulo manent,cumq́ꝫ illis cõmunia ferè omnia habemus,quum eandē ſimul zonam incolimus,& paria nobiſcū agunt anni tempora.ſ.hyemem,æſtatem,autumnū & uer.Pariter dierū noctiumq́ꝫ

diuersitates, hoc est incrementa & decrementa, & huiusmodi alia. Hoc tamen discriminis est, quod cum Sol nobis diem efficit, apud illos noctē esse ratio ipsa demonstrat; tamen nō eodem temporis momento occidit nobis Sol, & illis oritur. Antoeci siue Anticolæ dicunť, qui in eodem circulo meridiano nostro lateri astant, latitudinē austrinam, latitudini nostræ æqualem, cōsimiliter æqualem longitudinē habentes, qui etiam paria nobiscum tempora agunt, sed nō pariter. Periscij, qui sub polis mundi constituti sunt: ita dicti ratione umbræ, quia illis molarū more per mediū anni circulum umbra circūuoluitur. Amphiscij uero dicuntur manentes sub æquinoctiali circulo, quos Sol quatuor umbris uerberat.

De distantijs locorum in globo terræ inueniendis uia Geometrica. Caput XII.

In re mensuranda oportet mensuram notiorem esse re mensuranda. Sic ad quemcūq; quantitatē metiendam, oportet præsupponere aliquā quantitatem mensuræ cognitam. Versus sunt de hoc.

Ex granis digitus quatuor formabitur unus,
Et quater in palmo digitus, quater in pede palmus,
Quinq; pedes passum faciunt, passus quoq; centum
Vigintiquinq; stadium dant, sed miliare
Octo dabunt stadia, at duplatum dat tibi leucam.

De istis autē miliaribus de quibus hic fit mentio, sentiendū est, q̄ sint Geometrica miliaria, quorꝫ unumquodq; est ex mille passibus, hinc eṁ miliare dictum est, q̄ mille passus cōplectatur. Miliaria uero usitata apud alios & alios, aliam & aliam habent mensurā. apud Italos enim breuia sunt, & ut plurimū cum miliaribus Geometricis cōcordant in longitudine, sed apud Alemannos longiora sunt, quorꝫ unū ex quinq; & medio ferè, imò aliquando ex sex Geometricis miliaribus constat. Apud Suecos autem & Danos adeo longa sunt, ut unum ex decem ferè Geometricis perficiať. Stadium etiam apud diuersos gentes, alterius et alterius est lōgitudinis. Nam licet Theodosius 700. stadia dixerit subesse uni gradui, tñ Ptolemæus certissimo experimēto 500. tantum stadia uni gradui in Cosmographia sua correspondenter assignauit, quo fit, ut stadia Theodosij minora sint stadijs Ptolemæi, nam quinq; Ptolemæi tam longa esse oportet, q̄ sunt septē stadia Theodosij. Quo loco nō possum reticere quod à quodam studioso aliquando harum rerum audire memini, ille enim existimabat nō abhorrere nimium à similitudine ueri, quod ex nō recte scriptis notis numerorum in Græcis codicib. hæc incōuenientia doctrinæ Ptole & Theodosij extitisset. Nam apud Græcos litera φ notari 500. litera autem ψ 700. Pro hoc autem leuissimo momento illā potuisse scribi. Sed de hoc relinq̄ lectorib. iudiciū. Ista tamen correspōdentia stadiorū unius gradus, intelligitur sub æquinoctiali

ctiali,aut meridiano,ſeu quocunq; circulo magno,& nõ quocũq; alio circulo in globo terræ imaginato: Nam circulo minori minus in terra reſpõdet,unde uni gradui in tropico Cancri, non correſpõdent tot ſtadia, quot uni gradui ſub æquinoctiali,nec uni gradui ſub circulo Arctico correſpõdet tantum,ſicut uni gradui ſub tropico Cancri,aut æquinoctiali. Hæc autem correſpondentia intelligitur per duas rectas lineas, à centro mundi ad primum mobile protenſas, id enim ſpacium lineale, quod per eas in ſuperficie terræ intercipit,& in ſpacio quod cœlo claudunt, correſpõdere dicimus. Nota autem,ꝙ miliare Teutonicũ ex 60. longitudinibus agrorum conſtare dicunt. Agrum autẽ ex 32. perticis, ſed perticam ex 15. pedibus ſiue paſſibus tribus. Vnde miliare Teutonicũ ex 5760. paſſibus conſtat. Sic apparet,ꝙ miliare Teutonicũ perficiatur ex quinq; miliaribus Geometricis Theodoſij,& 19. uigeſimiſquintis unius,quæ ſunt quaſi 4. quintæ. Ex quo etiam cõcluditur,ꝙ 46. ſtadia & $\frac{2}{25}$ unius Theodoſij perficiant unum miliare Teutonicũ. Inde cõſequenter infertur,ꝙ uni gradui in cœlo ſub æquinoctiali reſpõdeant 15. miliaria Teutonica, & cum hoc 1100. paſſus,patet. Nam uni gradui ſubſunt 700. ſtadia,quodlibet ſtadium cõſtat ex 125. paſſibus,unde uni gradui ſubiacent 87500. paſſus,ſed ex 5760. paſſibus perficitur unum miliare Teutonicũ,quare ex 87500. paſſibus diuiſis per 5760. cõſurgunt 15. miliaria Teutonica,& cum hoc in reſiduo manent 1100. paſſus,qui ſunt $\frac{55}{288}$. ualent $\frac{1}{5}$ ferè unius miliaris Teutonici. Ita ergo uni gradui circuli magni in cœlo ſubiacent in terra 15. miliaria Teutonica,& una quinta unius ferè. Sed pro illa parte reſidua,ut facilior eſſet in integris numeratio,quidam ſedecimũ poſuerunt miliare. Itẽ Alfraganus differentia octaua in menſuris ſuis dicit miliare ex 4000. cubitis cõſtare,ſed cubitus eius,ut ratione numeroꝝ ſuorũ quos circa diametrum terræ ponit,extrahitur. 2. paſſibus & $\frac{3}{5}$ unius ferè Theodoſij conſtare uidetur. Sic ipſe dicit uni gradui in terra 56. miliaria & $\frac{2}{3}$ unius ferè ſubeſſe,ſed unũ de ſuis miliaribus ex 12. ſtadijs geometricis Theodoſij & $\frac{1}{3}$ unius ferè,ſiue 41. paſſibus apparet conſtare. Ex hijs aperte conſtat, ꝙ quanq; diuerſi diuerſimodas ponant miliariũ numeratiões uni gradui correſpondentiũ,tamen omniũ eorũ prima menſura miliaris alia eſt & alia, hi quidem breuiora,alij habent miliaria longiora. Cum itaq; diſtantiã itinerariam directam duorum locoꝝ ſcire optas,colloca primũ eorũ loca ad globum eo modo quo doctus es in capite præcedente, poſtea extende pedes circini ſecundum intercapedinẽ locorum,& eo inuariato, ipſum transfer ſuper Aequatorem globi,& quot ibidem gradus intra pedes circini cõputaueris,tot erũt gradus circuli magni tranſeuntis per dicta loca. Hos itaq; gradus multiplica per 500. ſtadia,& locorũ diſtantia in ſtadijs Ptolemaicis,ſeſe in promptu offerunt,uel per 700. ſtadia,& emerget diſtantia eadẽ in ſtadijs Theodoſij,uel per 60. & fient geometrica aut Italica, aut per 15. & fient Germanica. Quiſquis igitur præter hanc normã aliam quoq; cognitionem cõcipere uoluerit,illum ego ad quatuor ultima problemata ſe

cundi libri, quæ Ioannes de Monte regio, super magna compositione Ptolemæi, quam Almagestum uocant, conscripsit, remitto. Quod opus breui fauentibus superis, in lucem dare est animus, ut studiosi nulla nō in parte honesta studia nos promouere intelligant. Nam etiam sicut descriptio terræ & locorum in plana superficie regulariter fieri nequit, ita nec intercapedinum regularis mensura in eadem assignari potest. Nam ĳ qui chartas describunt Germaniæ, uel quod maius est Europæ, superficiē terræ supponunt planam, qualis nō est, ut supra capite primo ostensum est. Modus etiam reperiendi distantias locorū, qui inter utilitates Astrolabĳ circūfertur, cum suo autore deridendus est. Quia si ad arcus refertur, absurdus, nō em̄ arcus in arcum, sicut linea recta in rectam duci possunt: si ad cordas siue ad sinus, à ueritate alienus. In unico tantum casu aut sibi simili, duo quadrata sinuum aggregata, quadratum cordæ, non tamen sinus locorum distantiæ cōstituunt, sed hic casus nihil ad mentem autoris præfati.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS HVIVS OPVSCVLI, DE GENERALI AC PARTICVLARI DIuisione nostræ habitabilis, secundū recentiores cum Geographos tum Hydrographos.

De generali diuisione terræ. Caput I.

Terræ moles cum ab Oceano tanq̃ ingens quædam insula circundatur, quæ & si unica sit, in tres tamen partes uetustiores illam distinxerunt, quarum primā Europam septentrionalē, nostram: secundā Africam meridionalem, à nobis: tertiam uero Asiam orientaliorem, à nobis uocauere. Europa ab Asia separatur per Tanaim fluuium, paludes Meotides, mareq́; Euxinum. Africa seiungitur ab Europa per mare Mediterraneū. Asia uero ab Europa per terminos prius expositos, separatur & ab Africa, Isthmo Iudaico & mari rubro. Europa ab occidente mari Atlantico, à Septentrione Britannico, ab oriente Tanai fluuio, Meotide palude, & mari Pontico, siue Euxino, à meridie mari mediterraneo, quod nostrū est mare, clauditur. Africa ab occidente mari Atlantico, à meridie Oceano Aethiopico, à septentrione mari mediterraneo, ab ortu Isthmo Iudaico ac Sinu Arabico. Asia quæ cæteras magnitudine & opibus uincit, ab occidente habet eosdem terminos quos Europa, & Africa, à septentrione terminatur Oceano Scythico, ab oriente orientali Indico, à meridie meridionali Indico

Indico & rubro. Non solum autem prædictæ tres partes nunc latius sunt
lustratæ, uerum & alia quarta pars uisa & partim lustrata, quam recentio
res Brasiliam appellarunt, sitam uersus polum Antarcticum, longo tra-
ctu ultra tropicum Capricorni, quæ nondum plenè cognita est. Ameri-
cus tamen Vesputius, maritima loca Indiæ superioris ex Hispanijs naui-
gio ad occidentem perlustrans, eam partem quæ superioris Indiæ est, cre-
didit esse insulam, quam à suo nomine uocari instituit. Alij uero nunc re-
centiores Hydrographi, eam terram ulterius ex alia parte inuenerunt esse
continentē Asiæ, nam sic etiam ad Moluccas insulas superioris Indiæ per-
uenerunt. Hanc cōtinentem Asiæ superioris portionē extra Ptolemæum,
ante nostra tempora, ab Marco Polo Veneto, & alijs quāplurimis lustra-
tam legimus. Petrus etiam Cardinalis Cameracensis, in eo libro quē de
imagine mundi conscripsit, capite 19. ponit: ꝙ Oceanus qui extenditur in-
ter fines Hispaniæ ulterioris, id est Africæ, à parte occidentis & inter prin-
cipium Indiæ, à parte orientis, non est magnæ latitudinis. Nam expertum
est, ꝙ hoc mare nauigabile est paucissimis diebus, si uentus sit conueniens
& ideo illud principium Indiæ in oriente non potest multum distare à fi-
ne Africæ, hæc ille. Hoc idem uidetur sensisse Plinius libro secundo natu-
ralis historiæ, capite 69. Aristoteles etiam in libro de admirandis in natu-
ra auditis, de illis scriptum ita reliquit. Trans Herculis columnas in eo ma
ri quod Atlanticum dicitur, inuentam quandam insulam à Carthaginen
sium mercatoribus olim fuisse inquiunt, à nullis ante id temporis habita-
tam, præterq́; à feris, & propterea siluestrem admodum & multis refertam
arboribus: alioqui fluminibus plurimis ad nauigandum aptissimis ple-
nam, ac incredibili quadam omnium rerum nascentium ubertate proflu-
entem, sed remotam à continenti plurium dierum nauigatione: ad quam
cum nonnulli Carthaginensium mercatores forte accessissent, captiq́; eius
loci fertilitate ac aeris clementia, ibi sedem fixissent: cōmotos ob id Car-
thaginenses ferunt, statim consilio publico decreuisse, morte indicta, ne qs
posthac illuc nauigare auderet, & qui iam ierant iussisse statim interfici, ne
ipsius insulæ fama perueniret ad alias nationes, submitterenturq́; alicui
fortiori imperio, ac fieret quasi oppugnaculum quoddam aduersus eorū
libertatem. Proinde compertum est ex obseruatione eclipsis, quæ fuit in
mense Septembri Anno salutis 1494. eandē Hispaniam insulam quinq́;
fermè horarum spacio ab Hispali, quæ Sibilia est distare, hoc est gradibus
75. ferè. Cuius insulæ medium continet in poli altitudine 21. circiter gra-
dus. Nauigatur autem spacium illud ferè in 40. diebus. Altitudo continen
tis oppositi, cui S. Marthæ nomen indiderunt, circiter graduum est 11. Da-
rieni uero terra, & Sinus de Vraba gradus quasi tenent 5. ferè in altitudi-
ne polari, unde longissimo tractu occidentem uersus ab Hispali terra est,
quæ Mexico & Temistitan uocatur, in superiori India, quam priores uoca
uere Quinsay, id est ciuitatem cœli eorum lingua.

Europæ

EVROPAE PARTI
TICVLARIS DESCRIPTIO.

De Insulis Britannicis. Caput II.

Hybernia, quæ & Irlandia insula, ab hyberno tempore appellata, maxime pabulosa, nullum animal noxium gignit, apes non habet, multum fertilis, subest gradibus 10 0:54. 0.

Anglia, quæ & Albion, insula Britannica, olim eam inhabitarunt Gigantes, populus intrepidus in bello, optimiq́ꝫ sagittarij, lupos nō gignit, nec illatos nutrit, idcirco uagum pecus & sine custode securum. Eius præcipua ciuitas est Cantuaria, quæ apud Ptole. ex coniectura Dauernum uocat, subest gradib. 22.30. 52.10. Huc adnauigat ex Callas ci. Flandriæ.

Scotia, pars septentrionalior Albionis insulæ, tenui freto siue fluuio ab Anglia dirempta. Natura inuidi & cōtemptores cæterorꝫ mortaliū, plus nimio nobilitatē suam ostētantes, mendaces, nec pacem colunt ut Angli, mendicantes circa diuorū templa, lapides in elemosinā à prætereuntibus colligunt ad usum ignis, nam lignis caret, habet ciuitates præcipuas S. Andreas 16.15. 57.50. S. Ioannes 15.40. 59.15.

De Hispania, Caput III.

Hispania maxima Europæ portio, & prima regio ad occasum inter Africam & Galliam iacens, Oceani freto & Pyreneis mōtibus clauditur, terra optimis cōparanda. Frugum ibi copia, ut nō ipsis populis tantum, uerū etiam Italiæ ad cunctarū rerum abundantiā sufficiat. Sales ibi nō coquūt, sed effodiunt. Minij certe nulla feratior terra, feminæ eorum res domesticas agrorumq́ꝫ culturas administrant, ipsi uero armis inseruiunt & rapinis, hosti obuiant cantando. Breui utuntur ueste ac ut cōmuniter nigra. Diuisa quondam fuit in ulteriorem & citeriorem. Citerior eadem Tarraconensis ad Pyrenea usqꝫ iuga ꝑtenditur. Vlterior in duas per longitudinē prouincias, Bethicam & Lusitaniam diuiditur. Superioribus uero annis in quinqꝫ regna diuisa. s. in Castelle. Arragonim, Portugaliæ, Nauarre, & Granate. Castelle siue Legionis Tarraconensis Hispaniæ portio, habet præcipuas ciuitates. Toletum 10.40. 37.0. Salmancā, à Ptole. Salmantica 7.20. 38.20. Arragonia, Tarraconensis pars, habet præcipuam Sarragossam ciuitatē sub gradibus 18.10. 40.40. Portugallia, Lusitania olim dicta, nobile regnum, cuius solertia factum est, ut ab Hispania in Indiam hodie nauiget: cuius ciuitates Lysibona, apud Ptole. Oliosippon, ab alijs Vlixbona, ab Vlisse dicta, sub gradibus 5.0. 36.40. Portugallia ex coniectura

iectura à Ptolemæo Lauara 6.0. 39.5. Nauarre Tarraconensis pars, cuius ciuitas præcipua Pampilona, à Ptole. Pompelona, sub gra. 15.40. 42. 0. Granate, quæ Betica est, præcipuas ciuitates habet Granatum, à Ptole. forte Illipula magna 9.40. 34.20. Corduba 7.50. 34.25. Sibilia, Ptole. uidetur Ispalis, sed quibusdam Macharana 7.30. 35.0. Gallitiæ Tarraconensis portionis ciuitates Compostellum, à Ptole. ut coniectura capere possumus, Flauiũ brigantiũ 7.0. 42.15. Cathaloniæ, Tarraconensis portiõis ci. Valentia 14.38. 36.10. Tarragona à Ptole. Tarracon. 18.30. 38.20.

De Gallia siue Francia. Caput IIII.

Gallia post Pyreneos montes sequitur, inter Hispaniam Germaniamq́ & duo maria, Oceanum & mare nostrũ sita. Est enim triplex Gallia. Tonsa siue togata, quæ & Cisalpina dicitur, sed Italiæ finibus includitur. Comata cognominatur omnis Transalpina Gallia, eam in tres prouincias à tribus populorꝫ generibus historici diuiserunt. Belgicam uidelicet Celticã & Aquitanicam. Augustus uero eam quadrifariã diuisit, addita Lugdunensi. Amianus in multiiugas prouincias diuidit, utpote, qui primam & secundam Lugdunensem, & primam & secundã Aquitanicam faciat. Braccata quæ & Narboneñ. dicitur, hæc est quæ Rheno fluuio adiacet, & pro maiori parte lingua utitur Teutonica. Gallia igitur à candore populi appellata, ueræ pietatis obseruandissimi, liberales artes multis curæ existũt, quod Gymnasia, & præcipue id quod Parrhisijs est, demonstrãt. Terra hominum, frugumq́ ferax. Gallia etiam Francia, à Francis Germaniæ populis, à quibus olim ferè tota subacta est, dicitur. Nunc in multas prouincias diuisa, ut sequitur. Vasconia, Aquitanicæ Galliæ portio, præcipuam habet ci. Burdigalam sub grad. 18.0. 44.30. Armoniaca Aquitanicæ Galliæ portio est. Languedocha siue Tholosana, olim Braccata, Narbonensis Galliæ pars, habet ci. Tolosa 22.10. 42.50. Narbona 23.30. 42.0. Mons Pesselanus, Ptole. Agatha 24.30. 42.50. Parpiano 23.30. 41.15. Prouintia, Narboneñ. portio, has præcipuas habet ci. Arla, à Ptole. Arelatum colonia 25.50. 42.45. Marsilia, Ptole. Massilia 26.30. 42.5. Delphinatus Narboneñ. Galliæ partis ci. Vienna 26.0. 45.0. Aueniona 25.45. 43.15. Sabaudiæ, siue Sophoyæ Narboneñ. Galliæ ci. Lugdunũ, Lyon 26.0. 45.15. Geneuora, Genff uulgo 28.0. 45.45. Burgundiæ Lugduneñ. Galliæ ci. Digion 25.45. 47.0. Turoniæ Celticæ Lugduneñ. Galliæ ci. Aurelia, Orliens uulgo 22.0. 47.30. Turonia, Tors uulgo 20.15. 47.30. Franciæ Celticæ Lugduneñ. Galliæ ci. Parrhisius, à Ptole. iuxta coniecturã Lucotecia 23.0. 48.30. Campaniæ Belgicæ Galliæ ci. Cathalanũ, Chalon uulgo 25.30. 48.30. Britanniæ Lugduneñ. Galliæ ci. Nantes 18.15. 47.15. Normandiæ Galliæ Lugduneñ. ci. Rothomagus, uulgo Roan 21.30. 49.30. Pichardiæ Belgicæ Galliæ, modo Germaniæ portio. Flandriæ Bel

gicæ Galliæ, modo Germaniæ ci. Gandanũ, uulgo Gendt, à Ptole. ex coniectura, Taruanna 25 30.51 15. Calas 24 0.51 55. Hannonia Belgicæ Galliæ portio est. Brabantiæ Belgicæ Galliæ, modo Germaniæ ci. Antuerpia, uulgo Antorff 26 15.51 15. Bruxella, uulgo Brussel 26 15.50 50.

Lotharingiæ Belgicæ Galliæ, modo Germaniæ ci. Metis, uulgo Metz, à Ptole. Mediomatrices 28 30.49 10. Treueris, Ptole. Augusta Treberorum 29 0.49 45. Vuestria Belgicæ Galliæ, nunc Germaniæ portio. Iuliaci Belgicæ Galliæ, modo Germaniæ ci. Aquisgranũ, quæ & Corionallũ, uulgo Ache, à Ptole. Vegerra 28 45.50 55. Heluetiorũ Belgicæ Galliæ, modo Germaniæ ci Constantia, Ptole. Ganodurũ 31 30.47 30. Turegum uel Tigurinus pagus, uulgo Zurch 31 0.47 0. Alsatia, Belgicæ Galliæ, nũc Germaniæ portio, uino eximio nobilis. Germaniæ superioris, Belgicæ Galliæ ad Rhenum ci. Basilea, à Ptole. ex coniectura, Augusta rauricorum 29 45.47 45. Argentina 30 15.48 45. Spira, à Ptole. Neomagus dicta, 31 30.49 15. Vuormatia, iuxta cõiecturã, à Pto Ruffiniana 31 20.49 40. Moguntia, à Ptole. Mocontiacum, uulgo Mentz 31 15.50 15. Germaniæ inferioris Belgicæ Galliæ ci. transrhenane, Confluentia 30 15.50 20. Colonia, Ptole. Agrippinenses 29 45.51 0. Campena Frisiæ, uulgo Campen 28 30.52 50.

De Germania magna. Caput V.

Germania Europæ regio amplissima, tota septentrionalis, à Gallis olim Rheno flumine diuisa fuit, à Rhetis & Pannonibus Danubio, à Sarmatis Dacisq́ mutuo metu & montibus separata, cætera Oceano ambiente. Hodie extra hos fines, Rhetiam, Vindeliciã, Noricam & superiorem Pannoniã, Alpes, partemq́ Illiriæ, & usq ad Tridentina claustra Germania obtinet. Belgarũ quoq fere tota natio Gallici quondã iuris, omnisq́ Rhenus in Germaniæ nomen, linguamq́ cõcessit, ut iam se Gallos dici nesciãt, si audiant, indignent. Heluetij quoq in Germaniæ nomẽ & linguã, labente tẽpore, trãsiere. Itaq magnã Galliæ transalpinæ partẽ ipsa Germania sibi uẽdicauit. Pruthenos, ferocissimã gentẽ, & idolis deditã intra tricẽtesimũ annũ ex infideliũ manibus milites Teutonici ui & armis rapuerũt, ubi & lingua Teutonica introducta est, & Christi cultus genti imperatus, unde habita ad primeuos illius terminos consideratione, uidebitur certe illa sibi ferè plus soli extra usurpasse, q̃ intus prius continebat. In duas partes uelut ab initio tota Germania diuisa fuit, ut quæ Alpibus propinquior est, superior sit Germania appellata, altera ad Septentrionem atq Oceanum uersa, inferior. Durat hæc partitio sub Alemaniæ appellatione (quæ à Lemano, qui & lacus Lozamiæ hodie nominat, ut aiũt, lacu est) in hunc usq diem, prouincias tam hæc q̃ illa multas habent, inter quas quatuor dũtaxat populorum nomina mansere. Saxonũ, Frisonum, Sueuorũ, & Marcomannorum

norum,quos Merhern uocāt. Germania hodie regio adeo amena est, adeo pulcherrimis nitidissimisq́ꝫ urbibus,castris & pagis passim exornata & exculta,ut nec Italiæ,nō Galliæ,nō Hispaniæ ipsa cedat,cœlū satis clemens habet,campi fertilitatem optandā. Sunt colles aprici,nemora opaca, frumentorum abundantia,uitiferi montes,clarissimi amnes,Rhenus, Danubius,Moganus,Albis,Neccharus,Sala,Odera,& multi alij fluuij limpidissimi,totam terrā rigantes. Quid qđ precia rerū nō magis extenduntur in Germania,q̄ alioqui uel in Italia,uel in Hispania regiōibꝰ fertilissimis? Sunt Germanis,quod nemo negare queat,ingenia nouis subinde inueniendis disciplinis prompta,feliciaq́ꝫ machina illa bellica,quā Bombardam hodie uocant,nōne Germanorꝫ inuentū est? Atqui illud prisco maiorū nostrorū ingenio tribuendū:qñquidem semper Germani armorū gloria, exteras gentes lōgissimo interuallo post se reliquerūt. Inuentū nostrū est Calcographia,q̄ nihil unq̄ꝫ utilius uidit humanus oculus. Ad quē enim hactenus nō redierit tantæ felicitatis fructꝰ? Literæ latinæ,Græcæ & Hebraicæ, qđ hodie tam florent,cui acceptū referemus? nōne Germanis? præterea in Architectura,itemq́ꝫ in pictura,nullis unq̄ꝫ gētibus inferiores inuenti sunt Germani. Sed iam regiones eius recēsebimus. Seelandia ultima Germanorum insularis tellus sub gradibus est 25 0.52 0. Hollandiæ ci. Traiectum,uulgo Vtricht,Ptole. Lugodunum æstimatur 27 15.52 20. Cisrhenane magnæ Germaniæ ci. Churia, uulgo Chur.32 0.47 30. Dauentria Vuestfaliæ 29 0.52 30. Rhetia tenet Algeā & Brisgeam,cuius ci. Friburgum 29 0.46 40. Sueuiæ superioris ci. Augusta Vindelicorum 34 0.48 5. Sueuiæ inferioris ci. Vlma 33 0.48 30. Nordlinga,à Ptole. putatur Aræ Flauiæ 33 50.48 50. Ducatus Vuirtenbergeñ. subest Sueuiæ, sic similiter Marchia Badena. Comitatus Palatini habet ci. Heydelbergum,iuxta Ptole. cōiecturā Budoris 32 0.49 30. Bauariæ ci. Amberga 34 0.47 15. Monachū,à Ptole. Abudiacū,uulgo Munchen 35 0.47 50. Saltzeburgū 36 30.47 30. Patauia,Ptole. Beodurū.37 20.48 25. Ratisbona, à Ptole. ab æstimatiōe Artobriga 35 40.49 0. Ingoldstadiū literarū gymnasium celeberrimū 34 45.48 30. Aichistodium, uulgo Aystet 34 40.48 50. Athesanæ prouinciæ & Tyroleñ. ci. Tridentū, uulgo Trient 33 45.45 5. Carinthiæ ci. Villachum,à Ptole. forte Vacorium 37 25.46 10. Croaciæ ci. Agarana 39 20.45 15. Styriæ ci. Greza,Ptole. Sauaria. 40 5.46 50. Austriæ ci. Vienna,à Ptole. forte Iuliobona,florentissimo studio celebris sub grad. 40 40.48 10. Vngariæ ci. Buda,uulgo Ofen, à Ptole. Salna 43 0.46 50. Franciæ orientalis,quæ & Franconia,habet ci. Francophordiā,olim Vsipetes ad Moganum fluuiū 31 40.50 10. Herbipolis uulgo Vuirtzpurgk,à Ptole. putatur Artaunum 33 30.49 50. Carolostadium patria mea 33 25.50 0. Babenberga, à Ptolemæo Grauionarium æstimatur,locus ualde amenus & frugifer 34 30.50 0. Norici ci. Noribergum,Segodunum apud Ptole. centrum ferè totius Germaniæ, urbs præclarissima. Huius urbis laudes, quia nostrā mediocritatē superare ui-

dent,ideo cupidũ lectorẽ,uel ad Chunradi Celtis,uel ad Eobani Heſſi po
etarũ deſcriptiões remitto.Qui duo,ut ſunt incorrupti rerum laudatores,
ita urbem hanc,tanq̃ in ſpeculo pleniſſime contuendã nobis ꝓpoſuerũt.
Quum uero uaria ſint urbis huius ornamenta,quibus exteri nõ raro in ad
mirationem rapiuntur,duo tamen ſunt,quibus ſummã ſibi,iure equidem
meritiſſimo,laudẽ uſurpare poterit,nempe,& quod una eſt,quæ iſtoc tur
bulentiſſimo tempore,exulantes alioqui Muſas,tanq̃ in ſinu ſuo placidiſ
ſimo fouet:& quod omes fortunas ſuas pro ruderibus duxerit hactenus,
propter Chriſtum,quibus laudibus,equidem in terris,nihil unq̃ accedere
poteſt maius,eſt ſub gradibus 34.40. 49.30. Boemiæ ci.Praga,Ptole.Ca-
ſurgis 38.20. 50.0. Morauiæ ci.Olmuntza,à Ptole.iuxta cõiecturã Ebu-
rum 41.0. 49.30. Schleſiæ ci.Gorlitium 39.5. 50.50.Vuratislauia,à Pto
le.Budorgis 41.20. 51.5. Haſſiæ ci.Marcheburgũ,forte Amaſia à Ptole.
32.10.51.0.Caſſilia,uulgo Caſſel,à Ptole.Stereontiũ 33.10.51.30. Thu
ringiæ ci.Erdfordia magna,ſtudio uniuerſali celebris,à Ptole.forte Bicur
gium 35.0. 51.10. Miſniæ ci.Liptzigum,Gymnaſio literarũ multũ cele-
bris 36.30.51.30. Vueſtphaliæ ci.Padeborna,uulgo Palborn, à Ptole.
Teuderiũ iuxta coniecturã 32.20.52.0.Monaſteriũ,uulgo Munſter,à Pto
le.forte Mediolanium 32.0. 52.5. Saxoniæ ci.Magdeburgũ,à Ptole.Me
ſouium 36.10. 52.20 Brunſchuiga,Ptole.Tuliſurgiũ 34.40. 52.40. Vuit-
tenburga,Ptole.Callægia dicta.Gymnaſio florentiſſimo clara,ad Albim
fluuium ſita.Viros alit complures,non tam Chriſtiana pietate, q̃ uaria
etiam literarum eruditiõe inſignes.Nam honeſtas diſciplinas omnes,quas
cum Græci,tum Latini rerum ſcriptores,ad poſteros tranſmiſerunt, aut
callent,aut admirabili ſtudio,ut ſciant,laborant.Illic Theologiæ ſtudium
puriſſime iuxta Chriſti ſpiritũ tractatur,ſubeſt gra.36.50.52 0.Premis,uul
go Bremen,à Ptole.Fabiranũ æſtimatur 32.10. 53.40 Luneburgũ 34.45.
54.5.Lubechum 35.20. 54.50. Marchiæ Brandeburgeñ ci.Brandebur-
gum 37.20. 52.40. Berlinũ 38.30. 52.50. Phriſiæ ci.Groninga 29.50.53.
15. Mechelburgeñ.ducatus ci.Roſtochiũ à Ptole.Laciburgiũ 37.10. 54.
36. Pomeraniæ ci.Stetinũ 40.20. 54.0. Selandiæ inſulæ ci.Copenha
gna 42.30. 57.0. Holſatiæ & Daniæ, q̃ & Cimbrica Cherſoneſus eſt,ci.
Hamburgum,à Ptole.Treua 34.10. 54.30.Schleſuuigum 35.25. 55.53.
Schondia q̃ Schondenmarchiam uocant,eam Plinius Scandiã ſcribit,ha-
bet regiones multas,quarũ Ptole.nec meminit. Veteres eam inhabitabilẽ
concluſerunt propter frigus,quemadmodũ propter calorẽ regiones ſub
torrida zona.Hac autem noſtra tempeſtate multum inhabitant hæ regio-
nes.Sunt autẽ ſub Schondia hæ regiones. Suetia habet præcipuas ci.Sto
kholma 59.0.61.0.Vpſalia 57.0.62.30. Norduegia,id eſt Septentriona
lis uia,habet ci.Nidroſiam 40.0. 65.0.Bergim 35.30.61.15. Hethlandia
inſula habet ci.Orchadam epiſcopalẽ 23.0 63.30. Circa eam ſunt inſulæ
aliæ 29.Orchades etiam apud Ptole.dictæ,inter quas Thyle,quæ Islandia
eſt,id eſt glacialis terra,ſub gra.20.0.65.0. Gothia,id eſt bona terra, ha-
bet ci.

bet ci. Lundis metropolis 45 0.57 30. Gothlandia insula habet ci. Visbi 56 30.54 15. Finlandia, id est pulchra terra, habet ci. Domus regia castrum 71 15.68 15. Nikirkia, Id noua ecclesia 72 5.62 10. Bothnia habet ci. Chymene emporiũ 60 0.69 20. Gronlandia, uirens terra interpretat͂, plus occidẽtalior, ab arce Vuardhus quæ domus præsidij est harum regionum, ad terram Baccalaos usq; protenditur. Est autẽ Vuardhus sub gradibus 49 0.70 30. Postea est Laponia ingens terra uersus polum Septentrionalem, à populo dicta. Nam syluestres sunt, qui etiam quotidie ueniũt à Septentrionibus terra incognita, ac à mari glaciali, qui & Caroli uocantur, mercimoniarũ gratia in Gronlandiam cum exercitu magno, etiam ex altera poli Septentrionalis parte.

De Illyri & Dalmatia. Caput VI.

Illyris quæ & Lyburnia, terminatur à Septentrione utraq; Pannonia, ab occasu Istria, à meridie mari Hadriatico, ab ortu uero Dalmatia, eius ci. Sara 40 5.44 9. Dalmatia terminatur à Septentrione Sauo fluuio, ab occasu Lyburnia, à meridie mari Hadriatico, ab ortu Mysia superiore. Eius ci. sunt Ragusia, à Ptole. iuxta coniecturam Epidaurus 45 0.42 20. Durazo 45 55.40 55.

De Italia, Istria, Foroiulij, Corsica, Sardinia, & Sicilia. Caput VII.

Italia ab occasu Alpium iugis terminatur & Thyrreno pelago, quod etiam mare Tuscum ac Inferum dicitur, à Septentrione alteris Alpium iugis, quæ Rhetiæ atq; alijs sequentibus nationibus imminent: ab ortu Hadriatico mari, quod nunc Venetũ uocant, olim à Romanis superum uocabatur. Deniq; à meridie mari Siculo. Hæc omniũ regionũ præclarissima, metallis grauida, ubiq; uitalis, & perennis salubritas, eximia cœli temperies, campi fertilitas, eam Apenninus mons ab Alpibus procedẽs, per medium secernit, flumina & fontes saluberrimos tenet. Eius prouintiæ sunt.
Istria peninsula, Italiæ portio, præcipuas ci. habet Parentium 36 40.44 40. quidam tamen adponunt eam Germaniæ magnæ. Forumiulij siue Aquilegia, quõdam Carnorum habet ci. Aquilegiã coloniã olim Illyricorum, uulgo Aglar 36 55.45 10. Longobardia habet ci. Mediolanũ 31 45.44 45. Genuã 31 30.43 15. Nisam, à Ptole. iuxta cõiecturam Niceã 29 30.42 40. Marchia Teruisiana, olim Venetiana, præcipuas tenet ci. Venetiã 35 30.44 45. Marchia Anchonitana, olim Picentium, ci. habet Rachanatim 37 55.43 15. Anchonã 37 30.43 40. Flãminea, uel Romandiola, olim Gallia togata, ci. habet Bononiã sub gra. 36 5.45 55. Ferrariã 35

5.44 20. Tusciæ ci. Viterbiũ 36 50.42 10. Florentia 35 20.43 10. Latij siue Latinorũ ci. Rhoma 37 30 41 45. Aprutiorũ ci. Aquila 39 5.42 30. Campaniæ ci. Neapolis, quondam Parthenope 40 20.41 0. Apuliæ & Calabriæ, olim magnæ Græciæ ci. Brundusium 42 30.39 40.

De Sarmatia Europæ, Taurica chersoneso, Iazygibus metanastis, Datia, duabus Mysijs & Thracia. Caput VIII.

Sarmatia Europæ, terminatur à Septentrione Oceano Sarmatico, ab occasu Vistula fluuio, & Germania, à meridie Iazygibus Metanastis, Datia, ac Mysia inferiore: ab ortu Sarmatia Asiatica, fluuio Tanai, Meotideq́ palude, eas gentes aliqui Scythas nominabãt. Hæc in multas regiones diuisa est, nam olim etiam Getæ dicti. Est regio latissima, sine decore urbium ac ingeniorũ. In hac sunt multa deserta, ideo non populosa. Campi lati, ex quibus flumina nobilissima profluunt, Tiras der Nester, Boristhenes der Neper, Tanais der Don, Rha & Czuuina, ac multi alij. Russia rubea, olim Roxolania ci. habet Leoburgum, uulgo Lemburgk 50 45.50 30. Poloniæ ci. Cracouia, à Ptole. Carodunũ 44 30.50 15. Prussiæ ci. Dantiscum 46 0.54 55. Liuoniæ ci. Riga metropolis 51 0.56 0. Lithuaniæ ci. Vilna, uulgo zur Vuilde 53 0.54 0. Moscouia, regio longissima est, sermo eorum Ruthenicus & Sclauonicus est, habet permaximã eiusdem nominis ciuitatẽ, q̃ aliqui uocant Moskauam, sedes Moscauuite sub gra. 69 0.57 0. Hæ regiones annumerantur Germaniæ magnæ. Tauricæ chersonesus, hodie minoris Tartariæ ci. Caffa 61 15.47 20. Iazygis Metanaste, modo Septem castra, uulgo Sibenburger, qui Germaniæ annumerantur, ci. Clausenburgum, à Ptole. forte Gormanũ 47 30 47 36. Hermanstadium 46 27.46 48. Dacia, quæ modo Vualachia magna & Transiluania est, à Septentrione habet Sarmatiã Europæ: ab occidente Lyburniã ab oriente Pontum Euxinum: à meridie uero Macedoniam. Danubius fluuius totã hanc regionem irrigat. Vualachiæ magnæ ci. Album castrũ 55 45 48 0. Kylia 55 25.47 0. Mysiæ inferioris. quæ & modo Bulgaria & Rascia est, ci. Adrianopolis 50 18.42 45. Mysiæ superioris, quæ modo Seruia & Bossina ci. Bellogradum, secundum quosdã Nonderalba uel Alba græca, uulgo Kriechischvueissenburgk 44 40.44 40. Thratia à septentrione habet Bulgariã & Rasciã: ab occasu Seruiã & Bossinã: à meridie mare Egeum: ab ortu Bosporum thracium, ac Propontidẽ. Hæc modo Græcia dicta, eius ci. Constantinopolis, à Ptole. Byzantiũ 54 45.43 5.

De Macedonia, Epiro, Achaia, & Peloponeso. Caput IX.

Macedo-

Macedonia, limites habet à Septentrione Mysiam superiorem, & Thratiam: ab occasu, Hadriaticum mare: à meridie, Epirum, & Achaiam: ab ortu, Egeum pelagus. Ea tota natio, modo Græcia est, rebus gestis & regum nobilitate præclarissima, eius ci. Philippi 50 0.42 30. Salonica, quæ & Thessalonica, habet gra. 49 0.41 0. Epirus à septentrione terminatur Macedonia: ab occasu & meridie mari Ionio siue Hadriatico: ab ortu Achaia ci. habet Nicopolim, olim Ambracia dicta sub gra. 47 30.38 30. Achaia ab occasu habet Epirum: à septentrione Macedoniã: ab ortu mare Egeũ: à meridie Hadriaticũ & Creticum pelagus, ci. eius Athenis 52 45.37 20. Megaris 52 15.37 30. Peloponesus, hodie Morea dicitur, limites habet à Septentrione Corinthiacũ sinum, Isthmum, & Creticum pelagus: ab occasu atq; meridie, Hadriaticum pelagus: ab ortu Creticum mare. Hæc toto orbe peninsula maxime celebris habetur, habet ci. Corinthum 51 10. 37 30. Modonam 48 30.36 0.

De Insulis Europæ, Caput x.

Duæ Insulæ Baleares olim dictæ, minor & maior, quæ hodie etiam inde Minorica ac Maiorica uocantur, Hispaniæ adiacent, Maiorica quidem in gradibus 17 40.38 30. Minorica uero sub gra. 20 0.39 0. Gadira quæ modo Gades est insula, ibidem in Oceano extremo posita, sub grad. 5 30. 34 0. Cyrnos, quæ & Corsica insula maris mediterranei, habet ci. Nebiam, quæ à Ptole. Cersunum est, sub grad. 31 0.40 40. Sardinia, uetus nomen seruans, insula maris etiam mediterranei, habet præcipuam ci. Sardos, quæ Ptole. Turris bissonis uidetur, 30 20.38 50. Sicilia triquetra insula, Italiæ olim coniuncta. In hac est mons Aetna incendio memorabilis, habet ci. Syracusas sub grad. 37 20.35 30. Eubœa, nũc Nigropont insula, Achaiæ adiacet, sub grad. 54 0.38 0. Creta insula hodie Candia dicta, multum celebris sita sub grad. 55 0.35 20. Cyclades insulæ circa Delum in circulo positæ sub grad. 56 10.37 20. Sporades insulæ ibidẽ undiq; per mare dispersæ, de his Plinius libro quarto ca. 12. copiosissime.

AFRICAE PARTICVLARIS DESCRIPTIO.

De Mauritanijs duabus, Tingitana & Cæsariensi, Africa minore, Cyrenaica, Marmarica Lybiæ & Aegypto. Caput XI.

Maurita

Mauritaniæ duæ: Tingitana.s. & Cæsariensis, ac Africa minor, regiões sunt Africæ, secundæ portionis terræ, nostra lingua Maurensen & Moruscken landt dictæ. Nigros producunt homines, etiam feras Simeas, dracones & Strutiones, ibi sponte nascuntur omnia genera fructuũ, producunt etiam arbores odoriferos Cupresso similes, Euforbium in copia ibidem. Hæ regiones ad Septentrionẽ habent Fretum Herculeum & Africanum: ad occasum Oceanum occidentalẽ: ad ortum Cyrenes: ad meridiem uero Getuliam, & Lybiam internam. In Mauritaniã Ptolemæus duos montes Athlantes posuit, maiorem.s. & minorem, maioris Athlantis promontorium Caput de non hodie uocatur. Omnes hæ regiones sub nomine Barbaria comprehenduntur. Est autem Mauritania regnum magnum & ditissimum, sub se etiam regnũ Fesse, ac eiusdem nominis præclarissimã ciuitatem habens sub gradibus 10 0.30 0. In alijs autem supra enumeratis regionibus hæ sunt ci. Hippa 20 15.29 50. Tripolis 38 0.29 50. Constantina 31 0.30 10. Tagura 44 0.25 0. Carthago 34 40.31 50. Cyrenaica plurimas bestias gignit, inter quas leones principatum tenent. Onagros atq; serpentes ac Basiliscos procreat, copia ibidem illustriũ simearum. Marmarica Lybiæ, in certis locis frugifera, ligna præciosa producit, Cupressum, Sandalum, Muscatum, Leones, Psitacos. Syraffiones. Plemelinas. Egyptus cœli imbribus insueta, pluuiarum expers, Nilus fluuius eam præterlabens irrigat, & sua inundatiõe fœcundat, unde & ferax frugibus, cæterorũq; negociorũ; adeo est copiosa, ut necessarijs mercibus impleat pene orbem. Hæ regiones à Septentrione terminantẽ mari Aegyptiaco & mediterraneo: ab occasu Africa minore: ab ortu Isthmo Iudaico & mari rubro: à meridie uero Aethiopia sub Aegypto & Lybia interna. Ciuitates habent præcipuas Ammon 55 30. 28 0. Oassis magna 59 20.26 55. Alexandria 60 30.31 0. Memphis 61 50.29 50. Alkeyro, siue Chayrum, à Ptole. iuxta coniecturam Babylonia uocata 62 15.30 0. Syene 62 15.23 50.

De Lybia interna, Aethiopia sub Aegypto, ac Aethiopia australissima. Caput XII.

Lybia interna terminatur à Septentrione duabus Mauritanijs, Africa atq; Cyrene: ab ortu Aethiopia quæ sub Aegypto est: ab occasu Oceano occidentali: à meridie uero Aethiopia interna, in qua est Agisimba regio. Sunt ibi magnæ solitudines & deserta, in quibus sunt Leones, Pardi, Tigrides, Elephantes, Leopardi, Syraffiones, Strues, Papagalli, Serpentes & formicæ miræ magnitudinis. Habet regiones. Garamantes Aethiopes, ubi nunc est regnum Opguene, ubi auri copia. Senegam regionẽ & fluuiũ maximum eiusdem nominis, cuius populus Azanegorum gentes uocantur, subcinericij coloris sunt. Id autem ante omnia miratu dignum est, q trans flumen memoratũ homines sunt nigerrimi, & proceræ staturæ, ac habilissimi

habilissimi corporis,& omnis illic regio uiret,ac uernat pomiferis arboribus referta,ac circa fluuium contrarias uices cernes,uidelicet homines subcinericij coloris,staturæ contractioris.Hoc flumen ferunt à Nilo deriuari,easdem uices cum Nilo habens,ut ille Aegyptum,ita hic Aethiopiam reddit irriguam. Getuliam regionem Hesperos Aethiopes,prouinciam Tambutu. Ciuitates autem præcipuas Tagazam 7 0.15 40. Tuchororam 12 30.16 0.Tambutum 15 0.15 40. Aethiopia sub Aegypto,habet terminos,à Septentrione Aegyptum & Marmaricam Lybiæ:ab occasu interiorem Lybiam:à meridie exteriorem Aethiopiam: ab ortu Arabicum sinum siue mare rubrum.Eius sunt regiones Pharazata regio.Nubia regnum potens & magnum,eius populus Christianus est,nam Iacobini sunt,circumcisionem obseruant more Sarracenorum,ferro in facie cremantur,quo originali peccato mundari se credūt, nec mutuo confitentur, sed Deo. Meroe regnum,quod & Saba olim dicebatur,Insula est Nili fluminis,Regnum Habesci,uel Habassiæ,ubi potentissimus rex:quem nos presbiterum Iohannem dicimus, dominium obtinet,qui & Indiæ dominus dicitur. Christiani sunt Abasini, conficiunt sub utraq; specie,circumcisionem obseruant,baptisantur aqua & igne,infantibus sacramentum administrant. Seyla siue Zeyla regnum magnum ad mare rubrum,Machometani sunt Azania regio, Melinde regio,bonorum fructuum feracissima,habet proprium regē. Quiola uel Cayla regnum ditissimum.Cinomifera regio Harum regionum ciuitates sunt. Beritis 60 40.21 30. Cambysis ærarium 50 0.18 0.Meroe 61 30.16 25.Hamaharicca regalis Presbyteri Iohannis,à Ptole.Auxuma ex coniectura 65 0.9 10.Masta 67 30.Australes 4 15.Quiola,à Ptole.Rapta metropolis 76 30. Australes 7 30.Sabath 67 30.12 30.Mombaza,à Ptole. Tonica uel Nici emporium 79 0. Australes 6 0.Melinda,à Ptole.ex coniectura Apocopa dicta 82 30.2 0.Mosylum promontorium & emporium,nunc uero Cauaquin 80 0.9 50. Babel Mendap.Ibi sunt angustiæ maris rubri,quod nunc strictum de Mecha dicunt,à Ptole.uero Dera ciuitas in monte 74 50.11 0. Aethiopia omnibus his australior,à septentrione habet Lybiam internam,& Aethiopiam sub Aegypto:ab occasu Oceanum occidentalem:à meridie uero Ptole.incognitam terram:ab ortu Sinum Barbaricum. In hac montes Lunæ sunt,ex quibus Nili paludes originem trahunt.Extremum Ptolemæo cognitum Prassum promontorium, uerum nostra ætate tota hæc portio à Portugalensibus inuenta est. Nam ad austrum protenditur ad 36.fermè gradus.In hac sunt regiones multæ, nam ad occasum Gambra regio,in qua Zibetum reperitur, & uaria genera simearum, gentes sunt idolatræ ac Sarcophagi.Besigna,Ginoia quā Genneam dicunt,latissima sunt regna.Melli regnum & Nebeorum est,ibi Rinocerotes, Tigrides ac Elephantes gignuntur. Regio magna Aethiopum, in qua Elephantes albi,etiam Rhinocerotes & Tigrides,ibi Mamone-

tum animal de genere Simearum. Harū ciuitates sunt Goia 60 50. Australes 19 50. Garma 57 0. Australes 24 0. Bali 70 0.21 40. Melli 33 0. 16 30.

De Insulis circa Africam. Cap. XIII.

Porto sancto Insula in Oceano occidentali sita sub gradibus 0 35.31 30. Medera insula ibidem, quæ à Portugalensibus primum inhabitatur circa annos Christi 1455. Frugifera ualde omnis generis specierū, Zuccari, Mellis, Ceræ, Orisellæ herbæ, tincturæ utilis, quæ cum Medera olim Gorgodes erant dictæ, subest gradibus 358 40.29 50. Canariæ insulæ numero 10. à Ptole. olim Fortunatæ dictæ sunt, sub gradibus 1 30.23 30. Caput Viridum promontorium est, olim Hesphe rides insulæ in Oceano occidentali, sub gradibus 357 0.12 30. Tres insulæ in Oceano occidentali, ubi noua nauigatio uersus meridiem flectitur, proxima continenti. Alba sita sub gradibus 37 20.4 0. Sequens eam Principis insula dicitur, sita sub gradibus 35 0.2 0. Vltima earum plus australior S. Thomæ insula est, sub gradibus 32 30.0 30. Hæ tres insulæ circa annos Christi 1484. primum inhabitantur à Portugaleñ.

Madagascar insula, quæ & S. Laurentij, uel etiam S. Georgij insula uocatur ad mare Prassodum posita, ibi tempore Iohannis de monte uilla, reperiuntur homines capita habentes canina, polus Arcticus ibi minime conspicitur, quare huc nauigantes Astrolabijs utuntur, nam magnes ibidem uirtute sua priuatur, sunt Machometistæ, situs eius est sub gradibus 85 30.20 0.

ASIAE PARTICV LARIS DESCRIPTIO.

De Ponto ac Bithynia, Asia proprie, Lycia, Galatia, ac Paphlagonia, Pamphilia, Cappadotia, Armenia minore & Cilicia, Caput XIIII.

Ponti ac Bithyniæ termini sunt, ab occasu Bosphorus Thracius, & Propontidis pars: à Septentrione Pontus Euxinus: ab ortu Galatia: à meridie regio quæ proprie Asia minor dicitur, olim Bebrycia, deinde Mygdonia, ipsa est minor Phrygia, quæ hodie Natulia uocatur, urbium diues, & opulenta rerum, est sub Imperio Turci. Eius urbes Nicomedia 56 0.42 40. Apamia 55 30.42 0. Heraclea ponti 58 50.43 30.

Nicea

Nicea,Golia modo 58 0.42 15. Asia proprie, habet à Septentrione Bithyniam : ab occasu Propontidem, Hellesponthum, ac Egeum pelagus, quod ijs in locis Icarium ac Myrtoum dicitur, à meridie Rhodiense pelagus, ab ortu Lyciam, Pamphyliam, ac Galatiam. Comprehendit autem Asia hæc Phrygiam magnam, Cariam, Mysias duas, maiorem & minorem, Atoliam, Ioniam ac Doridem regiones. Hæc hodie cum adiacentibus regionibus, magna Thurcia dicitur, quæ populosa est, uariarum sectarum Turcorum, Græcorum, Iacobitarum, Armeniorum, ciuitates habent Ilium, hodie Troia, sub grabibus 55 50.41 0. Ephesus 57 40.37 40. Pergamum 57 35.39 45. Thyatira 58 0.39 40. Sardis 58 40.38 15. Philadelphia 59 0.38 50. Laodicæa 59 15.38 40.

Lycia terminatur ob occasu & septentrione regione, quæ proprie Asia dicitur: ab ortu Pamphylia: à meridie mari proprio. In ea fluuius uulgatissimus Xanthus est, urbes præclaræ sunt. Patara 60 30.36 10. Myra 61 0.36 45. Galatia, limites habet, ab occasu Bithyniam & partem Asiæ proprie: à meridie Pamphyliam: ab ortu Cappadociam: à Septentrione Pontum Euxinum. Ad Pontum Euxinum Paphlagonia regio sita est, Galatæ à Celtis oriundi, quos Græci Galatas, Latini Gallos dixerunt, ad hos Diuus Paulus scripsit Eam quidam Gallogræciam uocãt, sub magno Thurca est. Eius ciuitates sunt Sinope 63 30.43 0. Amisus 64 30.43 5. Pompeiopolis 62 0.42 0. Laodicæa 62 0.39 40. Appollonia 61 40.39 45. Pamphylia terminatur ab occasu Lycia ac Asia: à septentrione Galatia: ab ortu Cilicia & Cappadocia: à meridie Pamphylico mari. Sub Turca sunt, urbes eius (de quibus in Actis Apostolorum habetur) sunt Perga 62 15.36 55. Attalia 62 15.36 30. Cappadocia terminatur ab occasu Galatia: à meridie Cilicia: ab ortu Armenia minore, & superne etiam maiore: à Septentrione Ponto Euxino. Clarissime eius ciuitates sunt. Trapezus, quæ & Trapezonda 68 50.43 5. Themyscyra 65 10.43 5. Amasia, Strabonis patria 64 30.42 0. Armenia minor, à Septentrione & occasu habet Cappadociam: ab ortu Armeniam maiorem, distinctam ab ea Eufrate flumine: à meridie Ciliciam. Hæc etiam Ararath dicta, à montibus eius celeberrimis, de quibus in libris Regum. Fertur etiam in ijs montibus Archa Noe quieuisse diluuio finito, præclaras habet ciuitates, Satalam 69 50.42 10. Nicopolim 69 20.41 40. Melitenam 72 0.39 10. Nyssam 69 20.38 40. Cilicia terminatur ab occasu Pamphylia: à Septentrione Cappadocia, & minore Armenia: ab ortu mõtanis Syriæ: à meridie mari Issico. Eius urbes præclare, Tarsus Diui Pauli patria 67 40.36 50. Pompeiopolis 67 15.36 40.

De Sarmatia in Asia, Colchide, Iberia, Albania, & Armenia maiore. Caput XV.

Sarmatia Aſiatica terminatur à Septentrione terra incognita Ptolemæo,ſed nunc ultra ad Septentrionem terra eſt,ut in globo Geographico cernere licebit:ab occaſu Sarmatia Europæ,Tanai fluuio, Meotide palude,ac Cimmerio Boſporo:à meridie Euxino mari,Colchide,Iberia,ac Albania:ab ortu Scythia intra Imaum mõtem,& mari Caſpio. In hac ſunt Amazones. Hæc hodie Tartaria dicitur,nam etiam ſub magno Tartaro,uulgo Cham dicto,ſunt. Nominantur autem omnes ſeptẽtrionaliores paſſim Scythæ. Huius regiões ſunt,Ruſſia alba, Caſſana,Cremania,Bulgaria magna, Alania, Ylandia. Ciuitates autem habet Sala 84 30.54 55. Tyramba 68 30.49 15. Euanthia dicta 68 40.47 15. Colchis inter mõtana poſita,hodie Ziquia dicta, magnæ Tartariæ portio,celebrem habet urbem Dioſcuriam 69 0.46 45.hodie Negropontina dicta. Iberia etiã undiq; mõtibus ſepta,terminos eius cõſtituũt. Albania mõtibus ſepta,à Septentriõe habet Sarmatiã, quẽad modũ & Iberia: ab occaſu Iberiã, ab ortu mare Caſpiũ:à meridie Armeniam maiorem,ſicut & Iberia,urbem clariſſimam habet Gætaram 85 5.46 0. Armenia maior,terminatur à Septentrione Colchide, Iberia ac Albania:ab occaſu minore Armenia ac Eufrate fluuio, parte etiã Cappadociæ:ab oriente mari Caſpio & Media: à meridie Meſopotamia atq; Aſſyria,hæc hodie Georgia & Moſalia eſt. In ea ſunt 18. epiſcopatus,ſunt Chriſtiani ſciſmatici,omnis populus tonſus ut clerici apud nos. Iacobitæ ac Neſtoriani ſunt,ſub Patriarcha qui Catholica dicitur. In hac oritur Eufrates,Araxes & Tigris fluuij uulgatiſſimi. Omnes hæ regiones magnæ Tartariæ adnumerantur,urbes præclariſſimæ ſunt Thelbalana 76 15.39 50. Tiniſſa 73 30.41 0. Triphelis,à Ptolemæo forte Thalina 74 30.41 45.

De Syria atq; eius partibus,Phœnicæ, Caua Syria,Paleſtina Iudæa. Arabia petrea, Meſopotamia, Arabia deſerta,ac Babylonia. Caput XVI.

Syria terminatur à Septentrione Armenijs:ab occaſu Syriaco pelago:à meridie Iudæa Paleſtina:ab ortu Arabia deſerta, Meſopotamia ac flumine Eufrate. Sub ea Phœnicæ & Caua Syria comprehenditur. Eam minus iuſte quidam Curuam Syriam dicunt. In ea ſunt montes Carmelus,Lybanus & Antilybanus,urbes habet Antiochiam 69 0.35 30. Tyrum 67 5.33 18. Sydonem, quæ olim Sichem dicta, 67 30.33 30. Seleuciam 67 30.32 50. Damaſcum 69 0.33 0. Paleſtina Iudæa pars Syriæ,habet à Septentrione Phœniciam:ab oriente atq; meridie Arabiam petream:ab occaſu Syriacum pelagus. Ipſa etiam Samariam ac Galileam complectitur. In ea Iordanis fluuius,qui Geneſar lacum ef fundit

fundit,quidenicß in Aſphaltida labitur,quod mare mortuum uocant, quod ferax eſt bituminis,quod ſolo filo per menſtruum ducto, diuidi poteſt. Ibi Tyrus ſerpens. In ea eſt terra, quã Sanctam uocant ſacræ literæ,diuiſa in 12. tribus Iſrael,cuius longitudo eſt à Dan ad Berſaben, latitudo ab Ioppe ad montana,quæ undiqß Iordani imminet ab Arabibus. Ciuitates eius præclariſſimæ. Hieroſolyma quæ olim Aelia 65 45. 31 22. Cæſaria Stratonis 67 55. 33 0. Ioppe nunc Iaphet, ſiue Iaffa 65 45. 31 55. Arabia petrea, terminatur ab occaſu Aegypto: à Septentrione Paleſtina Iudæa: à meridie interiore ſinu Arabico: ab ortu Arabia felice ac deſerta. Hæc olim Nabathea dicebatur, per huius partem filij Iſrael ex Aegypto in terram ſanctam uenerunt. Ciuitates eius ſunt Petra 66 45. 30 20. Elim 63 45. 29 50. Pharan 64 40. 29 20. Madian 65 40. 29 15. Meſopotamia finitur à ſeptentrione Armenia maiore: ab occaſu Eufrate flumine ac Syria: ab ortu Aſſyria per amnem Tigrim: à meridie partim Arabia deſerta, partim Babylonia per Eufraten flumẽ. Hæc regio, qđ inter duos fluuios Tigrim ac Eufratem media ſit, Meſopotamia & hodie Hallapia eſt dicta. Moſes Geneſeos capite 11. illam Aran uocat, urbes præclaras habet Carre 73 45. 36 10. Edeſſa Abgari regis ci. 72 30. 37 30. Niſibis 75 10. 37 30. Arabia deſerta habet à ſeptentrione Meſopotamiã: ab ortu Babyloniam: à meridie felicem Arabiam, ab occaſu Syriam ac Arabiam petream, arenoſa eſt & aquarum expers, habet multas ſolitudines. Babylonia quæ & Chaldæa eſt, habet à ſeptentrione Meſopotamiam, ab occaſu Arabiam deſertam, ab ortu Suſianam, à meridie Sinum Perſicum. Vrbes eius clariores ſunt, Vrchoa quæ apud Ptole. Orchoa, patria Abrahæ, Geneſeos capite undecimo 78 30. 32 40. Babylon 79 0. 35 0.

De Aſſyria, Suſiana, Media, Perſide, Parthia, Hyrcania, duabus Carmanijs, ac Arabia felice. Caput XVII.

Aſſyria finitur à ſeptentriõe Armenia maiore, ab occaſu Meſopotamia & Tigri flumine, à meridie Suſiana, ab oriente Media. In hac Ninus urbs eſt, q̃ & Niniue, ſed nũc Baldach dicta. In ea reſidet Calyphus papa omnium Sarracenorum, tributum magno Tartaro perſoluens, ſita ſub gradibus 78 0. 36 40. Media terminatur à ſeptentrione Caſpio mari, ab occaſu Armenia maiore & Aſſyria, à meridie Perſide, ab ortu Hyrcania & Parthia, urbem habet præclaram Ecbatana, quæ à Ptole. Acbatana. Eam Arfaxat rex Medorum fundauit, de quo Iudith capite primo 88 0. 37 45. Suſiana habet à ſeptentrione Aſſyriam, ab occaſu Babyloniam, ab ortu Perſidem, a meridie Sinum Perſicum.

Hæc hodie Corozane regnum continet, ciuitates præclaras habet Sam bragatam, quæ iuxta Ptole. Susa est 84.0.34 15. Crassana, apud Ptole. Agra 80 30.33 45. Hæc regalis est, & una ex qua Magi ad Christum ue nerunt. Persis terminatur à septentrione Media, ab occasu Susis, ab ortu Carmanijs duabus, à meridie Sinu Persico. Hi à Medis in se & Susa retulerunt regnum, lapidem gignit Pyritem, manū premētis urens. In hac primum orta est ars magica, hanc Nemroth gygas post confusionem linguarum adijt, præcipuas habet ci. Persopolim, uictoria S. Georgij clara 91 0.33 20. Bahagdad, à Ptole. Taoca putatur 89 0.30 20. Bassera maritima, à qua mare hoc nomen accepit 81 20. 29 50. Parthia, ab occasu Medos habet, à Septentrione Hyrcaniam, ab ortu Ariā, à meridie desertam Carmaniam. In hac ferunt esse mansionem Ciconiarum, postq̄ à nobis recedūt. Hyrcania terminatur à septentrione Hyrcano pelago, ab occasu Media, à meridie Parthia, ab ortu Margiana. Ferax Tigridum. Vrbem præclarā habet Hyrcanam 98 30.40 0. Carmania deserta, ab occasu Persidem habet, à septentrione Parthiam, ab ortu Ariā, à meridie alterā Carmaniā. Carmania altera, terminat à septētriōe Carmania deserta, ab ortu Gedrosia, ab occasu Perside & sinu Persico à meridie Indico pelago. Hæc hodie Magolista dicit, nūc etiā sub imperio Persarū est, urbem habet præclaram Arcinū emporialem sub gradibus 96 30.23 0. Arabia felix, a septentrione habet petream atq; desertam Arabias, ab occasu Sinum Arabicum, a meridie mare rubrū, ab ortu Sinum Persicum & mare rubrum, hæc a ciuitate Gydda usq; ad Adem Leaman terra est. In hac Saba regia est sub grad. 76 0.13 0. Mecha domicilium Mahometi 72 15.23 0. Adem a Ptole. Arabia emporium est 79 20.11 50. Gydda, a Ptole. forte Badeo 70 0.20 15.

De Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sacis, duabus Scythijs ac Serica. Caput XVIII.

Margiana habet ab occasu Hyrcaniam, à septentrione Scythiam intra Imaum montem, à meridie Ariam, ab ortu Bactrianam. In ea Massagete & Tapuri populus. In hac Noij imperator potentissimus moram agit. Bactriana terminos habet ab occasu Marginā, à septentrione et ortu Sogdianam diuisam ab ea Oxo amne, à meridie Ariam & Paropanisadas, gignit Camelos prædurissimis ungulis, quas nunquā atterunt, urbem præclaram habet Bactra, huius regionis Metropolim & regiam sub grad. 116 0.41 0. Sogdiana terminatur ab occasu & septentrione Scythia intra Imaum montem, ab ortu Sacis, à meridie Bactriana & India. In ea regione duæ sunt Alexandriæ. Oxiana 113 0.44 40. Vltima Alexandria, hactenus Alexander magnus exercitum duxit 122 0.41 0. Omnes hæ regiones sub Tartaria Corasine comprehenduntur

duntur. Sacæ terminātur ab occasu Sogdiana, à septentrione Scythia intra Imaum montem, ab ortu Scythia extra Imaum montem, à meridie India intra Gangem, regio Nomadum est, ciuitates non habuerunt tempore Ptole. sed speluncas & nemora inhabitabant, omnes hæ regiones sub Tartariæ Torquesten nomine comprehenduntur. Scythia intra Imaum montem, ab occasu habet Asiaticam Sarmatiam, à septentrione terram Ptole. incognitam, sed nunc ultra hunc terminum sunt regna latissima Saomedorum ac Paratarum, ab ortu Imaum montem, à meridie Sacas, Sogdianos, & Margianam. Sub hac hodie sunt Tartaria Cumaniæ & Corasinæ, terra etiam Biserminorum, Kangitarum, Naymanorum & Morduanorum. Scythia extra Imaum montem, terminatur ab occasu Scythia altera & Sacis, à septentrione terra incognita Ptolemæo, quæ nunc Tartaria Mongalis est. ab ortu Serica, à meridie parte Indiæ extra Gangem. Sunt sub hac latissima regione terra Leythaorum, Tangut prouincia, terra Solangorum, Camul ꝓuincia, Chinchitalis prouincia, Burithabet prouincia, Chayra prouincia, Cyamba ꝓuincia magna. Serica terminatur ab occasu Scythia, quæ extra Imaū est, à septentrione atq; ortu terra incognita Ptole. Nunc autem ibidem multæ sunt regiones, ut Tholoma, Murfuli regio, Casuaria, à meridie India extra Gangem & Sinis. In hac Issedones sunt, & urbs metropolis Sera sub gradibus 177 15.38 35.

De Aria, Paropanisadis, Drangiana, Arachosia, Gedrosia, duabus Indijs, & Sinarum regione. Caput XIX.

Aria à septentrione habet Margianam ac Bactra, ab occasu Parthiam ac Carmaniam desertam, a meridie Drangianam, ab ortu Paropanisadas. In ea est Alexandria ab ipso Alexandro ædificata 110 0.36 0. Paropanisade ab occasu habet Ariam, a septentrione Bactra, ab ortu Indiam cis Gangem, a meridie Arachosiam. Drangiana ab occasu habet Carmaniam desertā, a septentrione Ariam, ab ortu Arachosiam, a meridie Gedrosiam. Arachosia terminatur ab occasu Drangiana, à septentrione Paropanisadis, ab ortu India cis Gangem, à meridie Gedrosia. In hac Alexandria est 114 0.31 0. hæ regiones hodie sub Torquest Tartariæ nomine comprehenduntur. Gedrosia terminatur ab occasu Carmania altera, à septentrione Drangiana ac Arachosia, ab ortu India cis Gangem, à meridie Oceano Indico meridionali, hodie Tarse, Guzerate & Cambeie regiones, urbem præclaram habet Parsim metropolim, quæ forte nunc Guzerat dicitur 106 30.23 30. India cis Gangem, habet ab occasu Paripanisadas, Arachosiā, & Gedrosiā, a septentriōe Ima

um montem iuxta superiacentes Sogdianos ac Sacas, ab ortu Gangem fluuium, ac alterã trans Gangem Indiã, a meridie Indicum Oceanum. In hac Indus est permaximus fluuius, a quo India nomen habet, urbẽ habet uulgatissimã Nagarã, quæ & Dionysopolis, eam quidã Nyssam uocarunt 121 30.32 30. ualde populosa est. Nam Persiæ regnum se etiã hodie extendit per Carmaniã ac Magolistã, adusq; urbem præclarissimam huius Indiæ Dabulã sitam sub grad. 117 0.17 50, & ab hinc usq; Cananor ciuitatẽ, quæ sita est sub grad. 117 20.14 0. est regnum Guzerate, abinde etiam est imperium maximũ Melybarũ, ad Cael usq; emporium quod subest grad. 117 30.5 0. Sunt aũt ci. Melybarũ Calicutia emporiũ Indiæ uulgatissimũ 117 20.12 5. Cochin uel Coetzin 117 25. 10 0. Colon regalis 117 10.7 40. Mahabar siue Moaber terra a Cael Melybarũ ad Baniguellã, hodie hæc tota terra Cholmenda dicta est, habet præclaras ciuitates Milipar uel Maylapur sepulturæ S. Thomæ Apostoli clara 128 30.6 0. Peleachet 127 30.11 0. Tarnassera quæ & Tanaceri regalis 135 0.15 20. Oriza 141 0.20 15. Ceuulia & Narsinga regna latissima, præclaras habent urbes Narsingã regalẽ 126 0.19 0. Post regnũ hoc Narsingæ incipit regnũ de Otysa, per quod Ganges fluit, quẽ Indi Guenga uocãt, & om̃es à longissimis regionibus illac cõcurrunt in peregrinatiõe, dicunt'q; se absolui à peccatis, si in flumine illo abluãtur, qui ex Paradiso ortum habet Bisinagar 122 30.15 0. India trans Gangẽ, ab occasu habet alterã Indiã & Gangẽ fluuiũ, ad septentrionẽ Scythiã & Sericã, ab ortu Sinarũ regionẽ, à meridie Indicũ pelagus. In hac est aurea chersonesus quæ hodie Melacha est: hæc India habet sub se Baniguelle regnũ, & eiusdẽ nominis urbẽ præclarã sub grad. 148 15. 17 30. Ab hinc ad Siambã usq; quæ sita est sub grad. 170 0.2 0. Macyni territorium, continet Peygu & Tenasseri regna ditissima. Item etiã Tschernache, Sagmaij, Mursuli regna. Littorales urbes earũ sunt Amuquida 155 0.14 0. Moij 156 0.10 0. Melacha ab aliquibus Malaqua uulgatissimũ emporium 157 30.7 0. Pego regalis 162 30.2 30. Tholonia 193 0.6 0. Sagmai uel Iamay quidã 182 0.15 0. In mediterraneis Angales 171 30.20 30. Capelanũ 165 0.10 0. Sinarũ regionẽ terminãt, à septentrione Serica, ab ortu atq; meridie terra Ptole. incognita, ab occasu India trans Gangẽ, & magnus Sinus qui hodie mare de Sur uocatur. Regionẽ hãc Czini uocãt regionẽ, in hac est regnũ latissimum Balba & magnum desertum Belor.

De regionibus extra Ptolemæum. Cap. xx.

Regiones quæ extra Ptolemæi descriptionẽ sunt, nõ adhuc adeò certis authoribus traditæ, nec etiam tanta diligentia descriptæ. Ab ortu quicqd rerũ ultra Sinas, Seras'q; ac ultra 180 gradũ lõgitudinis est, totũ Ptole. incognitũ permãsit. Post Ptole. uero ultra 180. gradũ uersus orientem

entem multæ regiones repertæ per quendā Marcum Polū, Venetū, ac alios, sed nūc à Columbo Genuensi, & Americo Vesputio solū loca littoralia ex Hispanijs per Oceanū occidentalem illuc applicātes lustratæ sunt, eam partē terræ insulā existimantes uocarunt Americā, quartā orbis partem. Modo uero per nouissimas nauigationes factas, anno post Christū 1519. per Magellanū ducem nauium Inuictissimi Cæsaris diui Caroli etc. uersus Moluccas insulas, quas alij Maluquas uocant, in supremo oriente positas, eam terrā inuenerūt esse continentē superioris Indiæ, quæ pars est Asiæ, in qua immēsa regna, ingentia flumina, multaq́ꝫ alia dictu miranda, de quibus partim supra mentionē fecimus. Sunt autem hæ huius portionis regiones, Bachalaos, dicta à nouo genere pisciū ibidem. Bergi regio magna, terra florida, desertum Lop, & urbs eiusdē nominis sub gra. 213 20. 48 0. Tamacho prouincia. Sucur, Sampa uel Zampa, Cauul, Tangut, Cuschin, Cathay, quæ & Chulmana, S. Michaelis prouincia, Messigo, quæ & Mexico regio, in qua urbs permaxima in magno lacu sita Temistita, sed apud uetustiores Quinsay erat uocata, sita sub gra. 226 30. 21 0. Raylmana Tebequi regiones, deinde uersus ortum Temiscanata, Parias, Dariena, Vrabe, Pariona, Canibales ac aliæ q́ꝫ plurimæ regiones.

De Insulis circa Asiam ac Indiam & nouas regiões huius tertiæ orbis partis. Caput XXI.

Cyprus insula maris mediterranei, Syriæ obiecta ad occidentē. Hanc Iaphet Noe filius primū inhabitauit, quæ etiā in sacris literis Cedrin appellat̄, sita sub gra. 65 30. 35 10. Scotora apud Arabiā felicē quā Ptole. Dioscoridē appellauit, nūc etiā Scoyra. Archiepiscopū habet. ibi optimū Siricū, Ambra ac Aloe, sub gra. 86 20. 12 0. Ormusa insula in angustijs maris Persici, olim cōtinens Carmaniæ, nā apud Ptole. Armusiū ꝓmontoriū & eiusdē nois urbs fuit, sub gra. 96 20 19 0. Taprobana hodie Samotra, est insula permaxima Indiæ opposita, sub gra. 151 15. sub Aequatore. Iaua maior 179 0. 7 30. Australes. Borneo insula ibidē 173 0. 2 30. Australes. Iaua minor ibidē sub gr. 188 9. sub æquatore. Ambicon insula 196 0. 7 0 aust. Gelolo, apd' alios Syloli uel Solor ꝑmaxima insula Moluccarꝫ sub gr. 204 0. 1 0. austr. Moluccarū reliquarꝫ insularū mediū est sub gr. 193 0. 9 0. Insulæ Sacrificiorū in oriente 242 30. 23 40. Iucatan insula ibidē in gr. 257 30. 19 0. Cuba ibidē sub gr. 269 30. 23 30. sub tropico Cancri sita. Iamaica 270 0. 19 30. Spagnolla 284 0. 23 0. S. Iuan insula ibidē 292 30. 21 15. Antigliæ insulæ ibidē circūfusæ. Vasandres insulæ, quæ & Accores, uel Azeres ab alijs dicunt̄ sub gr. 331 30. 40 0. Reliquæ si quæ sint insulæ in globo Geographico inuenies, de q̄bus lege scriptū Petri martiris Mediolanē. prothonotarij diuæ Margarethæ Augustæ, filiæ Maximiliani Imperatoris.

BRASILIAE NOVAE TERRAE ANNOtatio.

Brasiliæ Australis permaxima regio, uersus Antarcticum recenter reperta, nondum autem plenè perspecta, se extendens adusque Melachā, & quid ultra. Incolæ huius regionis bonæ ac honestæ uitæ degunt, nec sunt Antropophagi sicuti cæteræ barbaræ nationes, legem non habēt, neque reges, sed seniores uenerantur, & eis obedientiam præstant, liberis eorum Thomæ nomen imponunt, huic regioni adiacet insula permaxima Zamzibar sub gradibus 102 0.27 30. Australes.